

25.

MAGYAR-GÖRÖG TANULMÁNYOK  
SZERKESZTI  
MORAVCSIK GYULA

ΟΥΓΓΡΟΕΛΛΗΝΙΚΑΙ ΜΕΛΕΤΑΙ  
ΔΙΕΥΘΥΝΟΜΕΝΑΙ  
ΥΠΟ<sup>την</sup>  
ΙΟΥΔΑΙΟΥ MORAVCSIK

25.

314989

TRANSLATIO

LATINA SANCTI MAXIMI CONFESSORIS

(DE CARITATE AD ELPIDIUM L. I—IV.)

SAECULO XII. IN HUNGARIA CONFECTA

SCRIPSIT ET TEXTUM EDIDIT

ANDRONICUS B. TEREBESSY

S. O. CIST.

MTAK



0 0003125584 1

BUDAPEST, 1944

KIR. M. PÁZMÁNY PÉTER TUDOMÁNYEGYETEMI GÖRÖG FIOLÓGIAI INTÉZET  
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΟΝ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΟΝ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΛΟΓΙΑΣ

124164



DOKTORI ÉRTEKEZÉS  
ΔΙΔΑΚΤΟΡΙΚΗ ΔΙΑΤΡΙΒΗ



*Nihil obstat. Dr. Placidus Oslomazis, S. O. Oist., censor. Nr. 852/1944. Imprimatur, Zircit, die 30. Augusti 1944. Vendelinus Endrédy, abbas de Ziro.*

*Nihil obstat. Dr. Josephus Vajda, censor dioecesanus. Nr. 7601/1944. Imprimatur. Strigonii, die 5. Oct. 1944. Dr. Joannes Drahos, vicarius generalis.*

A kiadásért felel: Terebessy Andor Béla.  
Stephaneum nyomda Budapest, VIII., Szentkirályi-utca 28. Felelős: ifj. Kohl Ferenc.

## PRAEFATIO.

Anno 1940. Remigius L. Szigeti O. C. Praem. edidit translationem Latinam operis Ioannis Damasceni, quod inscribitur «De orthodoxa fide» l. III. c. 1—8.<sup>1</sup> Ad constituendum textum codices in bibliothecis abbatiarum Admont et Reun<sup>2</sup> repertos adhibuit, qui arte photographica expressi in bibliotheca Musei Nationalis Budapestensis<sup>3</sup> asservantur. In altera vero opusculi parte de ipsa translatoris persona et eius translatione disseruit. Praefationes codicum investigationesque Ghellinckii<sup>4</sup> et Zaláni<sup>5</sup> secutus, pro certo affirmat translatorem fuisse Cerbanum, monachum alicuius monasterii in Hungaria ritum Graecum observantis, simul accuratius determinat, quo tempore translatio confecta sit. Hac Cerbani translatione Petrum Lombardum quoque usum esse demonstrat et confirmat eorum sententiam, qui dicant «haud paucos libros Graecorum a monachis Hungariae esse regnis occidentalibus traditos».<sup>6</sup>

Sententiae Szigetii probantur a plerisque, qui de libro eius scripserunt.<sup>7</sup> Solus Weisweiler<sup>8</sup> iudicat quaedam a Szigetio proposita non esse satis firma. In dubium enim vocat Cerbanum monachum fuisse et eius translatione Petrum Lombardum usum esse. Sed cum argumenta ab eo

<sup>1</sup> Translatio Latina Ioannis Damasceni (De orthodoxa fide l. III. c. 1—8.) saeculo XII. in Hungaria confecta. Scripsit et textum edidit Remigius L. Szigeti O. C. Praem. [Magyar-Görög tanulmányok 13.], Budapest 1940.

<sup>2</sup> Admont, bibl. abb. O. S. B., ms. 767. f. 1—69<sup>r</sup> (= A); Reun, bibl. abb. S. O. Cist., ms. 35. f. 1—63<sup>r</sup> (= R).

<sup>3</sup> Facs. I. ms. 360. et 361.

<sup>4</sup> J. Ghellinck S. J.: L'entrée de Jean de Damas dans le monde littéraire occidental, Byzantinische Zeitschrift 21 (1912) p. 448—457; Le mouvement théologique du XII<sup>e</sup> siècle, Paris 1914. p. 255—267.

<sup>5</sup> M. Zalán O. S. B.: Árpád-kori magyar vonatkozású kéziratok az osztrák kolostorok kézirattárában, Pannonhalmi Szemle 1 (1926) p. 46—62.

<sup>6</sup> Szigeti, o. all. p. 34.

<sup>7</sup> Fr. Galla: Theologia 7 (1940) p. 273—75; Gy. M.: Byzantinische Zeitschrift 40 (1940) p. 266—67; A. Ivánka: Archivum Philologicum 64 (1940) p. 211—16; O. L.: Recherches de théologie ancienne et médiévale 4 (1942) 147.

<sup>8</sup> H. Weisweiler S. J.: Scholastik 1942. p. 440—442.



allata non videantur satis efficacia, non est cur sententias Szigetii reicias mus.

In hoc opere nostro, omissis quaestionibus dubiis, animum ad alteram, eamque praecipuam partem translationis Cerbani advertimus. Editionem criticam damus librorum IV «De caritate ad Elpidium» Sancti Maximi Confessoris,<sup>1</sup> translationem Latinam diligenter conferentes etiam cum textu Graeco a Migne edito. Catalogum eorum locorum, in quibus translatio Cerbani ab hoc textu Graeco discrepat, in fine operis adiungimus.

Ad constituendum textum translationis usi sumus his codicibus :

**A** = cod. Admont. bibl. abb. S. O. B. ms. 767. fol. I—1<sup>r</sup> (continent praefationem Cerbani), 1<sup>r</sup>—54<sup>v</sup> (continent translationem Maximi Confessoris); cf. tab. I.

**R** = cod. Reun. bibl. abb. S. O. Cist. ms. 35. fol. 1<sup>v</sup>—2<sup>r</sup> (continent praefationem Cerbani), 2<sup>r</sup>—51<sup>r</sup> (continent translationem Maximi Confessoris); cf. tab. II.

Translationem contulimus cum textu Graeco, qui editus est in serie Patrologiae Graecae :

**M** = Migne, Patrologia Graeca XC. col. 960—1073.

Zalán<sup>2</sup> plures adhuc codices enumerat, quibus translatio Maximi Confessoris continetur. Sic : Cod. bibl. abb. S. O. Cist. Zwettli. ms. 328. fol. 85<sup>r</sup>—120<sup>r</sup>; Heiligenkreuz. ms. 236. fol. 1<sup>r</sup>—21<sup>r</sup>; Hohenfurth. ms. CXX. fol. 42<sup>r</sup>—54<sup>v</sup>. Cod. bibl. St. Florian. fol. 172<sup>r</sup>—174<sup>v</sup>. Secundum Zalán A et R ad archetypum proxime accedunt. Quamobrem hos codices voluit adhibere I. Czebe in editione, quam conceperat, sed perficere non poterat.

Secundum codices A et R opus Sancti Maximi Confessoris «De caritate ad Elpidium» in quattuor libros dividitur, qui singuli Graeco nomine «hecatontades» inscribuntur. Sed non omnes libri numerum centum capitulorum accurate servant, sicut vis et notio huius vocabuli postularer. Nam liber I. constat ex capitulis 99, liber vero III. 101 R vel 102 A. Liber IV. centum quidem capita habet, sed non eodem modo divisa, atque in textu Graeco. In libro I° A et III° A R etiam ordo capitulorum a Graeco textu differt.

In editione utilius iudicavimus sequi dispositiones textus Graeci a Migne editi. Discrepantias autem codicum hic exhibemus.

<sup>1</sup> In editione, sicut Szigeti, nos quoque photographiis bibliothecae Musei Nationalis Budapestensis usi sumus.

<sup>2</sup> Zalán, o. all. p. 57—59.

Hecatontas	A	Editio nostra (= ed. Migne)	R
I.	1—4	1—4	1—4
	5	5—6	5
	6	7	6
	7—29	8—30	7—29
	31	31	30
	32	32	31
	33	33	32
	34	34	33
	30	35	34
	35—47	36—48	35—47
	48—57	49—58	<i>Desunt a 49. 1 cogitatio- nes usque ad 58. 3 vina caritate</i>
	58—99	59—100	58—99
II.	1—100	1—100	1—100
III.	1—19	1—19	1—19
	20—21	20	20—21
	22	21—22	22
	23—26	23—26	23—26
	27—28	27	27—28
	29—33	28—32	29—33
	34—35	33	34—35
	36—40	34—38	36—40
	43	39	43
	41	40	41
	42	41	42
	44	42	44
	45	43	
	46—85	44—83	45—84
	86—87	84	85—86
	88—99	85—96	87—98
	100	97—98	99
	101	99	100
	102	100	101
IV.	1—10	1—10	1—10
	11	11—12	11
	12—88	13—89	12—88
	89—90	90	89—90
	91—100	91—100	91—100

Simul comparamus initia et fines singulorum librorum, sicut in textu Graeco et Latino inveniuntur.

Sancti patris nostri abbatis Maximi ad Elpidium presbyterum de caritate. In codicibus ante hecatontadem primam ponitur.

Praefatio ipsius philosophi.

Hecatontas prima. Capitulum primum.

Hecatontas secunda. A : Hecatontas prima finit. Secunda incipit. R

Hecatontas tertia. A : Finit hecatontas secunda. Incipit tertia. R

Hecatontas quarta. A  
Hecatontas IV. hinc. R

Finit hecatontas quarta.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ  
ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΜΑΞΙΜΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΠΕΡΙ ΑΓΑΠΗΣ.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ ΠΡΟΣ ΕΛΠΙΔΙΟΝ.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ.  
Πρώτη ἐκατοντάς τῶν περὶ ἀγάπης κεφαλαίων.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Περὶ ἀγάπης ἐκατοντάς δευτέρα.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Περὶ ἀγάπης τρίτη ἐκατοντάς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Περὶ ἀγάπης τετάρτη κεφαλαίων ἐκατοντάς.

Τέλος τῶν περὶ ἀγάπης κεφαλαίων τῆς τετάρτης ἐκατοντάδος.

In codicibus A et R, sicut in omnibus fere scriptis mediae aetatis, orthographia multum varia et incerta appareat. Non solum in utroque discrepat recte scribendi ratio, sed ne in eodem quidem servatur. Cum in publicanda translatione communem orthographiam Latinam nostri temporis sequamur, hic breviter comprehendimus ea, quae hac in re codicibus propria sunt.

Praef. Cerb.: Prefatio Cerbani in ..... Eca ... tadum Maximi Philoso ... .... A : Prefatio Cerbani in librum ekatontadum Maximi phylosophi et monachi R.

Salutatio : Reverentissimo patri et ..... mandrite celeberrimo ..... dilectione seruicium. A : Reverentissimo patri et domino david archimandritae celeberrimo Cerbanus promptum cum dilectione servitium R.

Iam in primis versibus quantae varietates! Si quattuor libros Maximi Confessoris et ambas praefationes inspicimus, sequentes proprietates invenimus:

*Ae* et *e* non distinguuntur in A, solum in R. Inveniuntur tamen verba, quae nos cum *ae* scribimus, R vero simplici *e*, ut A. Talia: Praef. Cerb. 10 queso; I. 1<sub>2</sub> prehonorat; 8<sub>1</sub> adherentia; 35 preter etc. Coeterum primo cum *e*, secundo cum *ae* scriptum est in eodem capitulo (II. 29).

Falso ponitur *ae*: II. 41<sub>3</sub> spontaneae A; spintanee R. Aliis locis semper in R: II. 84<sub>5</sub> incaeperint; III. 22<sub>3</sub> faecit; IV. 10<sub>1</sub> accaeperunt.

Pro litteris *ti* saepe *ci* scribitur: Praef. Cerb. 2 servitium A — servitium R. Praef. Max. 7 negotium A — negocium R; Praef. Cerb. 30 viciose A R.

Littera *u* tum vocalem, tum consonantem (*v*) significat; littera *v* rarissime pontitur: Praef. Cerb. 1 david.

*Y* et *i* sine certa regula, permixte ponuntur: I. 12<sub>3</sub> esayam A — ysaiam R; 100<sub>10</sub> Dyonisius A — Dionisius R; II. 30<sub>4</sub> tirannide A — tyrannidae R.

Interdum consonantes duplices simplici littera notantur: Praef. Cerb. 5 repperi A — reperi R; IV. 23<sub>2</sub> operitur A — opperitur R; III. 67<sub>5</sub> conectit A R.

In vocabulis cum praepositione *in* compositis saepe omittitur assimilatio: I. 28<sub>3</sub> inproperium A — improprium R; II. 61<sub>2</sub> inmatriale A R; IV. 43<sub>2</sub> Immutatur A — Inmutatur R.

Nominativus pluralis pronominis hic, haec, hoc: III. 47<sub>13</sub> hi A — hii R; IV. 49<sub>1</sub> he A — heae R.

Nihil constanter nichil scribitur.

Formae quaedam a nostro usu aliena: abhominatio, accedia, adhleta, calumpnia, castrimargia, condempnare, cognoscere, contempnere, dapnum, elemosina, habundare, secuntur, superhabundantia.

Nomina propria plerumque minusculis incipiunt: Praef. Cerb. 4 pastuchi A R; I. 37<sub>3</sub> Stephanus A — stephanus R; II. 45<sub>4</sub> iob A R.

Semper minusculis incipiunt nomina Dei et Iesu Christi: deus, dominus; christus, iesus; ego et pater; salvator, trinitas.

Verba Graecae originis nunc littera *k*, nunc *c* scribuntur: Ecantatas prima A — Ekatontas prima R. Similiter etiam: I. 1<sub>1</sub> Karitas A R; II. 58<sub>1</sub> Karitas A — Caritas R.

Divisio verborum in fine versuum plerumque recta est. Sed consonantes concurrentes nonnunquam aliter separantur, ac nostris temporibus usitatum est: I. 61<sub>5</sub> dig — netur A; II. 16<sub>4</sub> praedi — cta R.

## TEXTUS TRANSLATIONIS.

Praefatio Cerbani in librum hecatontadum  
Maximi philosophi et monachi.

Reverendissimo patri et domino David archimandritae celeberrimo Cerbanus promptum cum dilectione servitium.

Cum nuper ab excellentia sanctitatis vestrae licentiatus Pastuchi, sicut praedixeram, monasterium adissem, quosdam libros ibi sancti Maximi philosophi simul ac monachi reperi, de quibus aliquos tractatus Deo prosperante transferre, sanctoque gregi, quem pascitis, destinare disposui. Quae forte sedulitas si cuiquam supervacanea visa fuerit, eo quod illud eximium sancti Martini, cui praesidetis, collegium Patrum vitis et institutis ac omnimodis divinae paginae doctrinis abundet, ignoscat, quaeso, simplicitati 10 dilectionis, quae cum sit in aliquo, non est otiosa, quod vestra fratribusque circa Deum et proximum perfecta caritas plurimis declarat exemplis. Quis enim, ut super innumeris aliis undique vos adeuntibus sileam, breviter explicet tantos circa me, quoties accedo, vestrae susceptionis affectus? Quibus cum redeo, totaliter 15 intrinsecus et extrinsecus recreatus et renovatus mihi videor.

Quin immo nec breviter nec prolixe cuiquam licet omnino vires R 2<sup>r</sup> caritatis | enarrare, cum non solum ea sit ineffabilis, sed etiam A 1<sup>r</sup> incogitabilis, | quippe quae Deus est. Quapropter velut illa duo minuta plus multis talentis Deo famosa, sint haec sanctitati ve- 20 strae, si placet, acceptabilia, quae meae supplex humilitatis offert devotio, tam ei non necessaria, quae iam phylisteum pessum dedit et allophylos subdidit, quam quibusdam tironibus, ne dicam athletis, non inutilia. Neque enim polluta manus et conscientia porrigentis ea translatoris contaminat divinitus inspirata et per 25 Spiritus sancti organum praedictum videlicet sapientissimum ac sanctissimum virum luculenter prolata, a quo tanto sapientia, facundia stiloque superior, quanto vitae meritis disto. Concedat autem Deus, ut haec et studiosis prosint ad incrementa virtutum et mihi vitioso ac torpido per orationum vestrarum auxilium ad 30 alleviationem sarcinae peccatorum.

---

9 cui praesidetis om. R.

# SANCTI PATRIS NOSTRI ABBATIS MAXIMI AD ELPIDIUM PRESBYTERUM DE CARITATE.

## Praefatio ipsius philosophi.

Ecce ad eum, qui est de excolenda vita, de caritate misi sermonem tuae sanctitati, pater Elpidi, in capitulorum aequinumeris quattuor Evangeliorum hecatontadibus; nihil quidem dignum vestra expectatione, nostra vero virtute non minus. Verumtamen cognoscat sanctitas tua, quod neque istae meae sunt agriculturae me | R 2<sup>r</sup> ritis: sed cum sactorum Patrum pertransirem vel percurrerem sermones et inde sensum, qui ad hoc negotium contendebat, eligerem, in paucis multa capitulaturus congregans, ut perspicabilia forent, eo quod essent facile memorabilia: tuae misi sanctitati, 10 rogans grate vel acceptabiliter legere ac solam in eis utilitatem captare, | deforme vero dictionum praeterire et orare pro medio- A 1<sup>r</sup> critate mea, quae omni spiritali deserta est utilitate. Precor autem et hoc, ut non molesta arbitremini, quae scripta sunt. Imperium enim complevi. Dico autem hoc, quoniam qui verbis molestamus, 15 multi sumus hodie; qui vero operibus erudiant vel erudiantur, omnino sunt pauci. Sed magis laboriosum est cuique attendere capitulorum. Non enim omnia, sicut opinor, omnibus sunt perceptibilia, sed multa multis indigentia discussionis, etsi videantur simpli- citer. Fortassis autem apparebit e-contra utile quidem animae, quod 20 ex eis revelatur. Apparebit autem omnino Dei gratia ei, qui incuriosis sensibus et cum timore Dei et caritate legit. Ei vero, qui non utilitatis gratia spiritalis inspicit, aut hunc laborem aut alium quemlibet, sed ut dictiones captet ad reprehendendum eum, qui conscripsit, ut semetipsum illo quasi | opinione sapientiorem R 3<sup>r</sup> exhibeat, nihil umquam alicunde utile apparebit.

---

*Titulus: Sancti — caritate in A R post praefationem ponitur. Praefatio ipsius philosophi om. A, sed in margine add. A<sup>2</sup> || 1 Ecce qui est de excolenda ad deum vita A, sed supra deum add. eum A<sup>2</sup> || 2 post sermonem om. tuae A, sed supra versum add. A<sup>2</sup> || 16 laboriosum "cuique "est A || 18 post sed om. multa R, sed supra versum add. R<sup>2</sup>.*

## HECATONTAS PRIMA.

**A 2<sup>r</sup>** 1. Caritas quidem est dispositio animae bona, secundum quam nihil eorum, quae sunt, Dei scientiae praehonorat. Impossi-  
bile est autem in habitum huius venire | caritatis eum, qui ad quippiam terrenorum habet affectionem.

2. Caritatem quidem parit impassibilitas; impassibilitatem vero spes, quae in Deo est: spem autem patientia et longanimitas: has vero contentiva continentia; continentiam autem Dei timor: timorem vero fides, quae est in Deum.

3. Qui credit Domino, timet supplicium. Qui vero timet supplicium, abstinet a vitiis. Qui autem abstinet a vitiis, sustinet tribulationem inferentia. Qui vero sustinet tribulationem inferentia, habebit spem in Deo. Spes autem in Deo separata ab omni terrena affectione. Ab hac vero mens separata habebit circa Deum <sup>5</sup> caritatem.

4. Qui diligit Deum, omnibus, quae sunt ab illo factis, praehonorat scientiam eius, et sine intermissione per desiderium in hac perseverat.

**R 3<sup>v</sup>** 5. Si omnia quae sunt, per Deum et propter Deum facta sunt, melior autem est eis Deus, quae | propter eum facta sunt: qui ergo derelinquit quod melius est et peioribus vacat, ostendit semetipsum praehonorantem Deo, quae propter eum facta sunt.

6. Qui Dei caritati mentem habet affixam, omnia visibilia et ipsum corpus velut aliena contemnit.

**A 2<sup>v</sup>** 7. Si melior est anima corpore et melior mundo incom | parabiliter, qui creavit eum, Deus: qui praehonorat animae corpus et Deo mundum creatum ab eo, nihil differt ab eis, qui serviunt idolis.

8. Qui mentem a caritate Dei et adhaerentia separavit et alicui sensibilium alligatam habet, hic est, qui praehonorat animae corpus et ei, qui creavit, Deo, quae facta sunt ab illo.

9. Si vita mentis illuminatio est scientiae, hanc autem, quae est circa Deum, caritas parit, bene nihil sancta caritate dictum est maius.

1. Capitulum primum. A R || 3 in habitum "venire" huius A || 2. 1 II. R, A non habet numeros, etiam R tantum usque ad XV. || 3. 1 Domino Deo R, sed supra versum add. Domino R<sup>2</sup> || 4 habebit in Deo spem A || 5. 2 melior autem "eis" est Deus A.

10. Quando amore caritatis ad Deum mens proficiscitur, tunc neque se, nec quicquam eorum quae sunt, prorsus sentit. A divina enim et immensa luce illustrata, insensibiliter se habet ad omnia, quae ab eo facta sunt, sicut et sensibilis oculus ad setellas oriente sole.

11. Omnes quidem virtutes cooperantur menti ad divinum amorem, plus autem omnibus pura oratio. Per hanc enim ad Deum alata vel pennata, fit | extra omnia, quae sunt. R 4<sup>r</sup>

12. Quando per caritatem ad divinam scientiam mens rapta fuerit et extra ea quae sunt facta, divinam sentit immensitatem, tunc secundum divinum Isaiam a stupore in consensionem veniens suae humilitatis, cum dispositione dicit prophetae verba : *Infelix ego, qui com | punctus, quia homo cum sim et immunda labia habens, in medio populi immunda labia habentis ego habito, et regem Dominum exercituum vidi oculis meis.* A 3<sup>r</sup>

13. Qui diligit Deum, non potest etiam omnem hominem non diligere sicut seipsum, etsi ad passiones difficulter agitur eorum, quae nondum sunt purgata. Propter quod et conversionem eorum aspiciens et correctionem, immenso et inenarrabili gaudet gudio.

14. Immunda est anima vitiosa, cogitationibus concupiscentiae et odii plena.

15. Qui vestigium odii conspicit in corde suo propter qualem cunque culpam ad quemlibet hominem, alienus existit omnino a caritate Dei, eo quod circa Deum caritas odium in homine penitus non sustinet.

16. *Qui diligit me, ait Dominus, mandata mea servabit. Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem.* Qui igitur non diligit proximum, mandatum non servat. Qui vero mandatum non servat, neque Deum diligere | potest. R 4<sup>v</sup>

17. Beatus homo, qui omnem hominem aequaliter diligere potens fuerit.

18. Beatus homo, qui nulli rei corruptibili vel temporali accumbit.

19. Beata mens, quae omnia quae sunt, transivit, et divina speciositate sine intermissione deliciose perfruitur. A 3<sup>v</sup>

10. 4 ab eo sunt facta A || 12. 3 Isaiah] Esayam A || 4/7 Infelix — oculis meis : *Isa. 6, 5.* || 13. 1 post etiam om. omnem R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || 16. 1 Qui — servabit : *Ioan. 14, 15.* || 1/2 Hoc — invicem : *Ioan. 15, 12.*

20. Qui curam carnis in concupiscentiam facit et odium propter temporalia ad proximum habet : qui huiusmodi est, servit potius creaturae quam Creatori.

21. Qui corpus sine voluptate et languore conservat, conservum illud habebit ad meliorum ministerium.

22. Qui fugit omnes mundanas concupiscentias, omni mundana tristitia semetipsum superiorem constituit.

23. Qui Deum diligit et proximum prorsus diligit. Qui vero eiusmodi est, opes servare non potest, sed dispensat deifice, unicuique indigentium praebens.

24. Qui secundum imitationem Dei eleemosynam facit, non novit differentiam boni et mali, vel iusti et iniusti in corporis necessariis, sed omnibus aequaliter, secundum quod opus est, distribuit, etsi praehonoret propter bonam deliberationem malo studiosum.

25. Sicut Deus natura existens bonus et impassibilis omnesque aequaliter diligit, sicut opera sua, sed studiosum quidem glorificat utpote sententia proprium factum, malum | autem propter bonitatem miseratur et in saeculo isto castigans convertit : ita is, R 5<sup>r</sup> qui sententia bonus est et sine vitiis, | omnes homines aequaliter 5<sup>r</sup> diligit, studiosum quidem et propter naturam et bonam deliberationem, malum autem et propter naturam et compassionem, miserans ut insipientem et in tenebris digredientem.

26. Non solum per communicationem operum dispositio caritatis innotescit, sed multo magis per communicationem verbi Dei et corporale ministerium.

27. Qui mundi rebus praecordialiter abrenuntiavit et proximo per caritatem sine simulatione servit, ab omni vitio cito liberabitur et divinae caritatis ac scientiae particeps constituetur.

28. Qui divinam caritatem in semetipso possidet, non laborat sequens retro Dominum Deum suum secundum divinum Ieremiam, sed omnem dolorem et improperium iniuriamque fert strenue, nulli prorsus malum cogitans.

29. Quando ab aliquo iniuriam passus fueris aut contemptum,

20. 1 Qui — facit : *Rom. 13, 14.* || 21. 1/2 servat, conservum A : conservat, servum R, *sed supra versum add.* con A<sup>3</sup>R<sup>2</sup> || 22. 2 "superiorem "semetipsum R || 25. 1 Deus "existens "natura A || 27. 2 liberabitur] liberatur A || 3 caritatis "particeps "ac scientiae A || 28. 2 *Ierem. 15, 6.*

tunc attende a cogitationibus irae, ne te a caritate per tristitiam separantes, in regionem odii constituant.

30. Quando super iniuria vel ignominia nimium dolueris, nosce temetipsum magnam utilitatem con|secutum vana gloria R 5<sup>r</sup> per ignominiam dispensato|rie per te expulsa. A 4<sup>v</sup>

31. Sicut memoria ignis non calefacit corpus, ita fides sine caritate non operatur in anima scientiae illuminationem.

32. Sicut lumen solis sanum oculum ad se attrahit, ita et scientia Dei puram mentem naturaliter per caritatem ad se compellit vel attrahit.

33. Pura mens est, quae ab ignorantia est separata et a divina luce illustrata.

34. Anima est munda, quae a vitiis liberata sub divina dilectione sine intermissione laetatur.

35. Vitium vituperabile est motus animae praeter naturam.

36. Ἀπάθεια pacificus status animae, secundum quem difficile mobilis fit ad malitiam.

37. Qui fructus caritatis per studium possedit, non transmovetur ab hac, etsi milia malorum patiatur. Et persuadeat hoc tibi Stephanus Christi discipulus, secundum eum et ipse pro occisoribus orans et veniam ab eo sicut ignorantibus petens.

38. Si caritatis est patientem et benignum esse, qui animo pugnat et malignatur, alienus a caritate profecto consistit. Qui vero a caritate est alienus, a Deo erit alienus, siquidem *Deus caritas est.*

39. Nolite dicere, inquit divinus Ieremias, *quia templum Domini, templum Domini, templum Domini est.* Et tu | ne dicas, R 6<sup>r</sup> quia nuda fides, quae est in Dominum nostrum Iesum Christum, potest me salvare. Impossibile enim est hoc, si et caritatem in eum per opera non pessederis. Solum enim credere non prodest, quia et *daemones credunt et contremiscunt.*

40. Opus dilectionis est beneficium ad proximum ex disposi-

29. 2 ante cogitationibus om. a R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || 30. 3 rie per te expulsa. *in fine est cap. 30. A || 32.* 1 post ita om. et R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || 36. 2 fit corrixi: sit A R || 37. 3 Stephanus: *Act. 7, 60.* || 3 secundum eum: *Luc. 23, 34.* || 38. 1 Si — esse: *1 Cor. 13, 4.* || 2 alienus "profecto" "a caritate A || 2 consistit] existit R, sed supra ex add. cons R<sup>2</sup> || 3/4 Deus caritas est: *1 Ioan. 4, 8.* || 39. 1 Nolite "dicere," inquit A: Nolite, inquit, dicere R || 1/2 Nolite — est: *Ierem. 7, 4.* || 5 et — contremiscunt: *Iac. 2, 19.*

tione et longanimitas et patientia et cum recta ratione uti omnibus rebus.

**41.** Qui diligit Deum, non contristat, neque contristatur ad aliquem propter temporalia. Una vero tristitia et contristat et contristatur salutari, qua beatus Paulus et contristatus est et contristavit Corinthios.

**42.** Qui diligit Deum, angelica vita vivit super terram, iejunans et vigilans et psallens et orans et de omni homine semper bona cogitans.

**43.** Si quid aliquis concupiscit et hoc adipisci certat. Omnibus autem bonis et concupisibilibus divinum est melius et concupisibilis sine comparatione. Quantum ergo studium debemus ostendere, ut hoc natura bonum et concupisibile adipiscamur.

**44.** Ne polluas carnem tuam in turpibus actionibus et ne A 5<sup>v</sup> conta | mines animam tuam in malis cogitationibus, et pax Dei superveniet tibi ferens caritatem.

**45.** Macera carnem tuam inedia, vigiliis et vaca impigre R 6<sup>v</sup> psalmodiae et orationi, et sanctifica | tio sobrietatis requiescat in te ferens caritatem.

**46.** Qui divinam meruit scientiam et huius illuminationem per caritatem possedit, non afflabitur umquam vanae gloriae spiritu. Qui vero hanc nondum meruit, facile sub ea circumfertur. Si igitur huiusmodi in omnibus, quae ab eo aguntur, ad Deum respicit, utpote propter eum omnia faciens, facile cum Deo effugabit illam.

**47.** Qui nondum adeptus est divinam scientiam, quae per caritatem operatur, altum sapit in eis, quae ab illo secundum Deum aguntur. Qui vero meruit hanc adipisci, cum dispositione dicit illa patriarchae Abrahae verba, quae cum divinam meruit apparitionem, dixit : *Ego sum terra et cinis.*

**48.** Qui timet Deum, collegam semper habet humilitatem, ac per huius cogitationes in divinam caritatem venit in gratiarum

**41.** 3 beatus Paulus : *2 Cor. 7, 8.* || 3 post Paulus *om.* et R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || **42.** 2 *ante* psallens *om.* et R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || **43.** 2 *post* bonis *om.* et A, *sed supra versum add.* A<sup>2</sup> || 4 *post* bonum *om.* et concupisibile R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || **46.** 1/2 illuminationem "possedit" per caritatem A || 5 propter eum] propter Deum R | **47.** 1/2 quae — operatur : *Gal. 5, 6.* || 2 quae "secundum Deum "ab illo R || 3 aguntur] fiunt R, *sed supra versum add.* ag ur R<sup>2</sup> || 5 Ego— cinis : *Gen. 18, 27.*"

actione. Memoratur enim prioris secundum mundum institutionis atque variorum lapsuum, et earum quae ex iuventute contigerunt temptationum, | et quomodo de omnibus illis eruit eum Deus et A 6<sup>e</sup> traduxit a vitiosa vita in eam, quae est secundum Deum : et cum timore assumit etiam caritatem, gratias agens semper humilitate multa benefico et gubernatori vitae nostrae.

49. Ne sordides mentem tuam suscipiens | cogitationes concupiscentiae ac furoris, ut non a munda oratione excidens, acediae spiritum incurras.

50. Quo protinus mens a fiducia, quam habere debet ad Deum, excidit et cum malis ac sordidis cogitationibus fit conversatrix.

51. Insipiens, qui sub vitiis ducitur, quando sub furore quidem motus conturbatur, fugere fratres irrationaliter aggreditur. Quando vero rursus sub concupiscentia excalescit, paenitens iterum accurrens obviat. Prudens autem in utrisque contrarium facit : in furore quippe causas turbationis excidens, a tristitia in fratrem semetipsum liberat ; in concupiscentia vero ab irrationali impetu et colloquio abstinet.

52. In tempore temptationum ne relinquas monasterium, sed fer strenue fluctus cogitationum et maxime illarum, quae sunt tristitiae et acediae. Sic enim dispensative per tribulationes probatus, habebis certam | spem in Deum. Si autem relinquis, reprobis A 6<sup>e</sup> 5 ac sine viribus et instabilis invenieris.

53. Si vis a caritate, quae secundum Deum est, non excidere, neque fratrem dimittas dormire, qui contra te contristatur, neque tu dormias, dum contristaris contra illum, sed *vade reconciliare fratri tuo, et veniens offer Christo pura conscientia per protensam 5 orationem munus caritatis.*

54. Si quis per omnia dona charismata sancti Spiritus habet, caritatem vero non habet, nihil ei prodest iuxta divinum Apostolum; quantum deberemus ostendere studium, ut hanc possideremus ?

55. Si *caritas proximo malum non operatur*, qui invidet fratri et contristatur de fratre, hinc quod ille probatus invenitur, et offenditionibus maculat opinionem eius, aut in aliqua mala moralitate

49. 1 a cogitationes usque ad 58. 3 vina caritate desunt capita in R, id est 7<sup>r</sup> et 7<sup>v</sup> || 53. 3/4 vade — veniens : Matth. 5, 24. || 54. 1 charismata "Spiritus" sancti A || 2/3 iuxta divinum Apostolum : 1 Cor. 13, 2. || 55. 1 caritas — operatur : Rom. 13, 10.

insidiatur ei, quomodo alienum a caritate se non constituit et reum aeterni iudicij ?

56. Si *plenitudo legis est dilectio*, qui odit fratrem et dolos contra illum componit et ei devovet et supergaudet ruinae eius, quomodo non est impius et aeterno supplicio dignus?

57. Si is, *qui detrahit fratri et iudicat fratrem, detrahit legi et iudicat legem*: lex autem Christi est dilectio, quomodo dilectionis Christi detractor non excidit et causa sibi fit aeterni supplicii?

A 58. Ne des auditum tuum linguae detractoris, neque linguam tuam auditui vituperare amantis, libenter loquens vel audiens R 8<sup>r</sup> contra vicinum, ut non excidas a di|vina caritate et alienus inveniaris aeternae vitae.

59. Noli suscipere contra patrem tuum maledictum, neque promptum facias inhonorantem illum, ut non irascatur Dominus in operibus tuis et disperdat te de terra viventium.

60. Obstrue os detrahentis in auribus tuis, ut non duplex peccatum cum eo pecces : et te ipsum perniciose vitio assuefaciens et illum contra proximum nugari non interdicens.

61. *Ego autem dico vobis*, ait Dominus, *diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro persequentibus vos*. Ut quid hoc praecipitur? Ut te ab odio et tristitia et ira, ne non mali memoria liberet et maxima possessione perfectae caritatis ditare dignetur. Quam habere inefficax et impossibile est eum, qui non diligit aequaliter omnes homines secundum imitationem Dei, volentis omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire.

62. *Ego autem dico vobis, non resistere malo ; sed si quis te per|cusserit in dexteram maxillam, praebe ei et alteram. Et volenti tecum in iudicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium. Et qui angariat te milliarium unum, vade cum eo duo.* R 8<sup>r</sup> Quare? Ut et te sine ira ac perturbatione et tristitia cu| stodiat, atque utrosque sicut benignus sub iugum caritatis ducat.

63. Ad quascunque res aliquando affecti fuimus, harum et vitiosas imagines circumferimus. Qui igitur vitiosas vincit imaginationes et res, quarum sunt imaginationes, omnino contemnit ;

56. 1 plenitudo — dilectio : *Rom. 13, 10.* || 57. 1/2 qui — legem : *Iac. 4, 11.* || 2 lex — dilectio : *Ioan. 13, 34.* || 58. 1/2 linguam "auditui" tuam A || 61. 1/2 Ego — persequentibus vos : *Math. 5, 44.* || 5 ditare] dita A, om. re, sed supra versum add. A<sup>2</sup> || 7/8 volentis — venire : *1 Tim. 2, 4.* || 62. 1/4 : *Math. 5, 39—41.* || 2 alteram] aliam A.

quoniam bello, quod est ad res, id quod est ad memorias, tanto  
est difficilior, quanto facilior est secundum mentem peccare quam  
secundum operationem.

**64.** Vitiorum alia quidem sunt corporalia, alia vero animalia.  
Et corporalia quidem ex corpore habent occasiones, animalia  
vero ex rebus extrinsecus. Utraque autem intercidit caritas et  
continentia : haec quidem animalia, illa vero corporalia.

**65.** Alia quidem vitiorum sunt irascibilis, alia vero concu-  
piscibilis partis animae. Utraque autem per sensus moventur.  
Tunc vero moventur, quando extra caritatem et continentiam  
anima invenitur.

**66.** Difficilior superabilia sunt irascibilis partis animae A 8<sup>r</sup>  
vitia, quam concupiscibilis. Idcirco et maius remedium contra illa,  
id est : mandatum caritatis a Domino datum est.

**67.** Omnia alia vitia aut irascibilem partem animae, aut  
concupiscibilem solum contingunt, aut rationalem, sicut oblivio  
et ignorantia. Acedia vero omnibus animae virtutibus incursans,  
omnia | fere pariter movet vitia ; propter quod aliis omnibus R 9<sup>r</sup>  
vitiis est gravius. Bene igitur Dominus contra eam antidotum  
dans : *In patientia vestra, dicit, possidebitis animas vestras.*

**68.** Ne maerore afficias umquam quemquam fratrem, ma-  
xime praeter rationem, ne forte non ferens tribulationem recedat ;  
et non effugies umquam stimulum vel reprehensionem, argumen-  
tum conscientiae, semper tibi tristitiam in tempore orationis  
concilians et a divina fiducia mentem abigens.

**69.** Ne toleres suspiciones scandala tibi ferentes, aut homines  
contra quoslibet obloquentes. Qui enim recipiunt scandala in  
quocunque modo eorum, quae sunt secundum deliberationem  
aut praeter deliberationem contingunt, non neverunt viam pacis,  
quae fert per dilectionem in scientiam Dei huius amatores.

**70.** Nondum perfectam habet caritatem, qui secundum A 8<sup>r</sup>  
sententias hominum disponitur. Verbi gratia : alium quidem  
diligens, alium autem odio habens propter hoc vel propter hoc ;  
aut qui eundem aliquando quidem diligit, aliquando autem odit  
propter easdem causas.

**64.** 1 alia "sunt" quidem A || **66.** 1 post suprabilia om. sunt R, sed  
in margine add. R<sup>2</sup> || 2 post illa om. id est A || 3 caritatis "datum est" a  
Domino R || **67.** 6 In patientia — vestras : *Luc. 21, 19.* || **69.** 3 post  
quocunque om. modo A, sed supra versum add. A<sup>2</sup> || 3 quae corrixi: qui A  
R || 3 deliberationem] deliberatio ationem R || 4 modo contigunt A.

**71.** Perfecta caritas non simul discindit unam hominum naturam diversis eorum sententiis, sed in eam semper respiciens, R<sup>9</sup> omnes homines aequaliter diligit; studiosos | quidem ut amicos, malos vero sicut inimicos diligit, benefica existens et longanimis et sustinens, quae ab illis inferuntur: malum ex toto corde non cogitans, sed patiens pro eis, si tempus invitet, ut et eos faciat amicos, si possibile sit; sin autem, a propria dispositione non excidit, caritatis fructus semper ad omnes homines aequaliter ostendens. Idcirco et Dominus noster ac Deus Iesus Christus caritatem in nobis ostendens, pro tota humanitate passus est et omnibus aequaliter spem resurrectionis donavit, licet unusquisque sive gloria sive suppicio semetipsum dignum constitutus.

**72.** Qui non contemnit gloriam et ignominiam, divitias ac paupertatem, voluptatum delectationem et tristitiam, perfectam caritatem nondum possedit. Perfecta enim caritas non solum hoc contemnit, sed etiam ipsam temporalem vitam et mortem.

A<sup>9</sup> **73.** Audi eos, qui digni habiti sunt perfecta caritate, qualia dicunt: *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? angustia? persecutio? fames? nuditas? periculum? gladius?* *Sicut scriptum est: Propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.* Certus R<sup>10</sup> *sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.* Et haec quidem de caritate in Dominum et dicentes et agentes sunt omnes sancti.

**74.** De caritate vero in proximum, audi rursus, qualia dicunt: *Veritatem dico in Christo; non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto: quia tristitia est mihi multa, et sine intermissione dolor cordi meo. Optabam enim anathema esse ipse ego a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitae, et quae sunt deinceps.* Similiter et Moyses et reliqui sancti.

---

**71.** <sup>4</sup> post inimicos *om.* diligit A, *sed supra versum add.* A<sup>2</sup> || **73.** <sup>1</sup> digni "sunt" habiti A || 2/9: *Rom. 8, 35—39.* || 8 alia R, *sed supra versum add.* qu R<sup>2</sup>: aliqua A || 8 poterit nos A, *sed supra versum add.* vel me A<sup>2</sup> || **10** post Dominum *om.* et R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || **74.** <sup>2/6:</sup> *Rom. 9, 1—4.* || 5 cognati mei] mihi cognati A || 7 Moyses: *Exod. 32, 31—32.*

75. Qui non contemnit gloriam et voluptatem, et harum augmentivam et quae propter eas consistit, avaritiam, furoris occasiones abscidere non potest. Qui vero has non abscidit, perfectam caritatem adipisci non potest.

76. Humilitas et malorum passio ab omni peccato liberant A 9<sup>r</sup> hominem : haec quidem animae, illa vero corporis intercidens vitia. Hoc enim faciens et beatus apparet David, in quibus orat ad Dominum, dicens : *Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea.*

77. Per mandata quidem Dominus sine vitio eos, qui operantur illa, efficit ; per divina vero dogmata illuminationem scientiae suae illis donat.

78. Omnia dogmata aut de Deo | sunt, aut de visibilibus R 10<sup>r</sup> et invisibilibus, aut de providentia, quae est in eis, et iudicio.

79. Eleemosyna quidem irascibilem animae partem curat ; ieunium vero concupiscentiam macerat ; oratio autem mentem purificat, et ad eorum quae sunt, praeparat contemplationem. Ad virtutes enim animae et mandata Dominus nobis donavit.

80. *Discite, quia mitis sum et humiliis corde,* et quae deinde. Mansuetudo quidem sine perturbatione furorem custodit, humilitas autem a fastu et vana gloria liberat.

81. Duplex est Dei timor : hic quidem qui ex minis supplicii nobis ingeneratur, propter quem continentia et patientia et spes in Deum et impassibilitas, ex qua caritas secundum ordinem fit in nobis ; ille vero ipsi caritati coniunctus est, religionem semper in anima faciens, ut non propter caritatis confiden|tiam in A 10<sup>r</sup> contemptum Dei veniat.

82. Primum quidem timorem foras mittit perfecta caritas animae possidentis illam, non amplius supplicium timentis : secundum autem in semetipsa habet semper, ut dictum est, coniunctum. Et primo quidem timori congruit illud : *Timore Domini declinat omnis a malo.* Et : *Principium sapientiae timor Domini.* Secundo vero illud : *Non est inopia | timentibus eum.*

R 11<sup>r</sup>

75. 2 augmentivam *conieci*: argumentivam A R || 76. 4/5 Vide — mea :

*Psal. 24, 18. || 77. 1/2 sine vitio efficit eos, qui operantur illa A || 78. 1 Omnia "aut "dogmata A || 1 post Deo om. sunt A, sed supra versum add. A<sup>2</sup> || 79. 1 animae partem] partem animae A || 80. 1 Discite — corde : Matth. 11, 29. || 82. 1 : 1 Ioan. 4, 18. || 4/5 Timore — malo : Prov. 15, 27. || 5 Principium — Domini : Prov. 1, 7. || 6 Non — eum : Psal. 33, 10.*

83. *Mortificate igitur membra vestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, passiones, concupiscentiam malam et avaritiam, et quae deinde.* Terram quidem nominavit prudentiam carnis : fornicationem autem dixit peccatum secundum operationem : immunditiam vero consensum vocavit : passionem autem morbidam cogitationem nuncupavit : concupiscentiam vero malam subtilemque receptionem cogitationis concupiscentiae : avaritiam autem genitivam et augmentivam vitii nominavit materiam. Haec igitur omnia, sicut membra existentia prudentiae carnis, iussit divinus Apostolus mortificari.

84. Primum quidem memoria subtilem cogitationem in mentem refert : et hac tardante movet vitium : hoc autem non interempto flectit mentem in consensum : cum autem hic fit, venit de A 10<sup>r</sup> reliquo in peccatum secundum | operationem. Sapientissimus 5 igitur Apostolus ad eos, qui de gentibus erant, scribens, perfectio- nem peccati primum iubet interimere : inde secundum ordinem regredientes in causam desinere. Causa vero est genitiva, sicut pae- dictum est, et augmentiva vitii avaritia. Opinor autem hic gastrimargiam significari, quasi materiem et nutricem fornicationis A 11<sup>r</sup> existen | tem. Avaritia enim non solum in opibus, sed etiam in 10 escis est mala : sicut abstinentia non solum in cibis, sed etiam in opibus est bona.

85. Sicut passer pedem ligatus incipiens volare super terram, detrahitur funiculo : ita et mens, quae nondum impassibilitatem possedit et in scientiam supercaelestium volat, a vitiis tracta super terram devolvetur.

86. Quando mens perfecte a vitiis liberata fuerit, tunc et in contemplationem eorum quae sunt, inconvertibilem pergit, in scientiam sanctae Trinitatis iter faciens.

87. Mens existens munda intellectus rerum assumens, in spiritalem eorum considerationem movetur : immunda vero ex negligentia facta, reliquarum quidem rerum intellectus nudos imaginatur : humana vero capiens, in turpes aut malignas cogitationes convertitur.

A 11<sup>r</sup> 88. Quando semper in tempore orationis nihil intellectus

83. 1/3 Mortificate — avaritiam : *Coloss. 3, 5.* || 9 post igitur om. omnia R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || 84. 5 perfectionem "primum" peccati A || 7 regredientes correxi: regredientis A R || 87. 3 post quidem om. rerum R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || 88. 1 post Quando om. semper A, sed supra versum add. A<sup>2</sup>.

mundi molestaverit mentem tuam, tunc nosce te ipsum intra terminos esse impassibilitatis.

99. Quando anima incipit propriam sanitatem sentire, tunc et in somnis imaginationes puras et sine perturbatione incipit aspicere.

100. Sicut sensibilem oculum decor visibilium, ita et mundam mentem | scientia invisibilium ad se attrahit. Invisibilia vero R 12<sup>r</sup> dico incorporea.

101. Magnum quidem est ad res non pati, multo vero maius ad imaginationes earum impassibilem permanere, id est : sine vitio. Nam daemonum bellum contra nos per cogitationes, eo quod fit per res, est difficilis.

102. Qui virtutes corredit, quia scientia est ditatus, utpote naturaliter de reliquo discernens, omnia secundum rectam rationem et agit et disserit ex toto non aversus. Ex eo enim, quod rationabiliter vel irrationabiliter rebus utimur, aut studiosi aut mali efficiuntur.

103. Signum summae impassibilitatis est subtiles intellectus rerum semper ascendere in cor, et vigilante corpore et in somnis.

104. Per operationem quidem mandatorum vitia mens deponit : | per spiritalem vero visibilium considerationem virtutem assumit : hanc autem per scientiam sanctae Trinitatis. A 11<sup>v</sup>

105. Sicut sol oriens et mundum illuminans ostendit et semet ipsum et res, quae sub illo illuminantur : ita et iustitiae Sol mundae menti oriens et semet ipsum ostendit et omnium sub eo factorum et faciendorum rationes.

106. Non ex substantia sua Deum cognoscimus, sed ex magna operatione et providentia eorum, quae sunt. | Per haec enim R 12<sup>r</sup> sicut per specula, immensam benignitatem et sapientiam potentiamque consideramus.

107. Munda mens aut in subtilibus humanarum rerum intellectibus invenitur, aut in naturali visibilium consideratione vel invisibilium, aut illuminatione sanctae Trinitatis.

108. In visibilium quidem consideratione posita anima, aut

93. 2 rerum "ascendere" semper A || 94. 2 post considerationem *om.* virtutem assumit A, *sed supra versum add.* A<sup>2</sup> || 95. 1/2 semet ipsum et res, quae] se ipsum et quae R, *sed supra versum add.* met res R<sup>2</sup> || 96. 3 specula] speculam R.

naturales eorum rationes scrutatur, aut eas, quae per illas significantur, aut ipsam causam generationis.

99. In invisibilium autem contemplatione demorans et naturales eorum rationes quaerit et causam generationis eorum, et illa, quae haec sequuntur, et quae providentia sit circa haec et iudicium.

A 12<sup>r</sup> 100. In Deo vero posita, de substantia eius primum rationes quaerit quidem a desiderio inflammata, non autem ex eis, quae sunt secundum eum, solatium invenit. Impossibile est enim hoc, et non contingens omni factae naturae aequaliter. Ex his autem, quae sunt de eo, solaciatur ; de eis, inquam, quae sunt de aeternitate, immensitate, interminabilitate atque benignitate et sapientia et potentia conditoria et provisoria et iudiciaaria eorum, quae sunt.

Et hoc est omni incomprehensibile : eius solum immensitas, et ipsum quidem cognoscit nihil, nosse supra mentem, sicut the-

R 13<sup>r</sup> ologi viri dixerunt : Gregorius et Dionysius.

10

## HECATONTAS SECUNDA.

1. Qui familiariter Deum amat, hic et sine occupatione orat : et qui sine occupatione semper orat, hic et Deum praecordialiter amat. Non autem orat sine occupatione, qui alicui terrenorum mentem habet affixam. Non ergo diligit Deum, qui cuiquam terrenorum habet mentem alligatam.

A 12<sup>r</sup> 2. Mens immorans rei sensibili, omnino vitium | habet ex ea ; verbi gratia : concupiscentiae vel tristitia vel irae aut odii : et nisi rem illam despiciat, a vitio liberari non potest.

3. Vitia quidem tenentia mentem colligant eam rebus materialibus, et a Deo separatam illis vacare faciunt. Caritas autem Dei tenens solvit eam, vincula contemnere suadens, non solum sensibilium rerum, sed et ipsius nostrae temporalis vitae.

98. 2 eorum] earum R, *sed supra versum add.* o R<sup>2</sup> || 2 eorum "scrutatur "rationes A || 100. 3 eum *correxi*: eam A R || 4 post autem *om.* quae sunt R, *sed in margine add.* R<sup>2</sup> || 5 eo *correxi*: eis A R || 6 immensitate] de immensitate R || 6 "sapientia et "benignitate A : sapientia et benignitate R || 8 post est *om.* omni R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || 8 hoc *correxi* : haec A R || 9 *Locum a Migne allatum apud Gregorium Nazianzenum non inveni; cf. Dionysius Areopagita: De divinis nominibus cap. VII.* (= Migne: PG. 3. c. 870.).

*Titulus:* Hecatontas secunda.] Hecatontas prima finit. Secunda incipit. R || 1. 2 sine occupatione "orat "semper A || 5 terrenorum "mentem "habet alligatam R.

4. Opus mandatorum est puros facere rerum intellectus, lectionis autem et contemplationis immaterialis etiam sine specie mentem perficere. Ex hoc autem contingit sine occupatione orare.

5. Non sufficit activum argumentum ad perfecte liberandam mentem a vitiis, quatenus possit sine occupatione ora re, nisi R 13<sup>r</sup> et diversae ei succedant spirituales contemplationes. Illud namque ab intemperantia et odio mentem liberat, hae vero et ab oblivione et ignorantia transmutant: et ita poterit sicut oportet orare.

6. Mundae orationis duae sunt summae constitutiones: haec quidem activis, illa vero contemplativis contingens. Et haec quidem ex timore Dei et bona spe fit in anima, illa vero a divino A 13<sup>r</sup> amore et summa munditia. Notificationes autem sunt primae quidem mensurae in congregando mentem ex omnibus mundi intellectibus, utpote eam, quae ipsi assistit Deo, quod efficax est facere orationes, ut sine occupatione et sine molestia fiant: secundae vero in ipso impetu orationis rapi mentem sub divina et immensa luce, et neque semetipsam, nec quippiam aliud eorum quae sunt, omnino sentire, nisi solum eum, qui per caritatem in illa huiusmodi illustrationem operatur. Tunc autem et circa rationes de Deo mota, puras et amplas de eo accipit expressiones.

7. Quod quis diligit, hoc prorsus et sustentat et omnia eum impeditia contemnit, ut illo non privetur. Et qui Deum diligit, diligentiam adhibet mundae orationis, et omne vitium ab hoc R 14<sup>r</sup> impediens eum abicit a seipso.

8. Qui matrem vitiorum abicit philautiam, id est: amorem sui, et reliqua facile cum Deo depositum; verbi gratia: iram, tristitiam, odium, et quae deinde. Qui vero sub priori tenetur, sub secundis, etsi nolit, sauciatur. Philautia vero est circa corpus vitium.

9. Propter has quinque causas homines diligunt invicem A 13<sup>r</sup> sive laudabiliter, sive vituperabiliter. Verbi gratia: aut propter Deum, sicut studiosi omnes et sicut studiosum, etsi needum studiosus: aut propter naturam, sicut parentes filios et e-converso: aut propter vanam gloriam, sicut qui glorificat glorificantem: aut propter cupiditatem, sicut divitem propter acceptiōnem: aut propter voluptatum amorem, sicut qui ventrem procurat et quae

---

4. 1 puros facere 'intellectus 'rerum R || 2 iam seclusi: etiam A R || 5. 1 activum] actuum R || 6. 12 de eo accipit R, sed supra versum add. D R<sup>2</sup>: de Deo accipit A || 8. 2 cum Deo] cum ea R || 9. 2 sive] siv A, sed supra versum add. e A<sup>2</sup> || 5 post aut om. propter R, sed in margine add. R<sup>2</sup>.

sub ventre. Et prima quidem laudabilis, secunda vero media, reliquae autem vitiosae.

**10.** Si quosdam quidem odisti, quosdam vero neque diligis neque odisti, alios autem, sed mediocriter, alios vero vehementer diligis, ex hac inaequalitate nosce, quod longe sis a perfecta caritate, quae suggerit omnem hominem aequaliter diligere.

**11.** *Declina a malo, et fac bonum.* Hoc est : Expugna inimicos, et minues vitia : deinde vero vigila, ut non augeantur. Et iterum : R 14<sup>r</sup> pugna, | ut possideas virtutes ; et post modum vigila, ut eas custodias. Et hoc est utique operari et custodire iuxta illud, ut operaretur et custodiret illud, id est : opus.

**12.** Qui secundum permissionem Dei temptant nos, aut A 14<sup>r</sup> concupiscibile animae percalefaciunt, aut irascibile perturbant, aut rationale obscurant, aut corpus doloribus circumdant, aut corporalia dirumpunt.

**13.** Aut per se nos daemones temptant, aut eos, qui non timent Dominum, contra nos armant. Et per se quidem, quando ex omnibus secesserimus, sicut et Dominum in deserto : per homines autem, quando cum eis demoramus, sicut et Dominum per Phariseos. Sed nos ad formam nostram respicientes, utrimque illos repulsemus.

**14.** Quando incipit mens in caritate Dei proficere, tunc daemon blasphemiae incipit eam temptare ; et huiusmodi cogitationes ei submittit, quales hominum quidem nullus, solus autem harum pater, diabolus, adinvenit. Hoc vero facit invidens Deum amanti, ut in desperationem veniens, utpote qui talia cogitavit, non audeat per consuetam orationem ad eum revolare. Nihil autem proficui hinc consequitur praedo ad propriam intentionem, sed et certiores R 15<sup>r</sup> potius | nos efficit. Cum enim pugnamus et impugnamur, probabiliores et praecordialiores in caritate Dei invenimur. *Gladius autem eius intret in cor ipsius, et arcus eius conteratur.*

**A 14<sup>v</sup>** **15.** Mens transcendens visibilia, secundum naturam intelligit res per medium sensum. Sed neque mens malum est, neque secundum naturam intelligere, neque res, neque sensus. Dei enim sunt haec opera. Quid igitur est malum ? Vitium nimirum est intellectus

**10.** 2 neque R, sed supra versum add. c R<sup>2</sup> : nec A || **11.** 1 Declina — bonum : *Psal. 36, 27.* || 4 ante operari add. et A || **12.** 3 post doloribus om. circumdant R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || **14.** 3 harum correxi: huius A R || 7 sed "potius" et certiores A || 9/10' Gladius — conteratur : *Psal. 36, 15.* || **15.** 1 transcendens scendens A, sed supra versum add. tran A<sup>2</sup>.

5 secundum naturam, quod potest non esse in intellectuum usu, si mens vigilat.

16. Vitium est motus animae praeter naturam, aut ad amicitiam irrationalem, aut ad odium indiscretum, aut alicuius, aut propter aliquid sensibilium. Verbi gratia : ad amicitiam quidem aut escarum irrationabilem, aut mulieris vel opum vel gloriae 5 praetereuntis, aut alicuius aliis sensibilium, vel propter hoc. Ad odium autem, verbi gratia : aut alicuius eorum, quae praedicta sunt, sicut dictum est, indiscretum, aut ad aliquem propter haec.

17. Aut rursus malitia est aberrans iudicium intellectuum, quam sequitur abusio rerum. Verbi gratia : sicut in muliere rectus usus coitus intentione generandae prolis. Qui igitur ad voluptatem respexit, aberravit circa iudicium, quod non est bonum, bonum 5 arbitra | tus. Huiusmodi igitur abutitur muliere coiens. In R 15<sup>r</sup> aliis quoque rebus similiter et intellectibus.

18. Quando mentem tuam daemones eiecerint a so | brietate, fornicationis cogitationibus circumdederint, tunc lacrimis A 15<sup>r</sup> dic : *Eicientes me nunc circumdederunt me; exultatio mea erue me a circumdantibus me;* et salvaberis.

19. Gravis est fornicationis daemon et vehementer instat contra vitium certantibus : et maxime in negligentia dietae et in colloquiis mulierum. Contingit enim lenitate, voluptate surripiens mentem, postmodum insilit per memoriam quiescenti, tunc corpus 5 incendens et varias formas menti praesenti praesentans, ad consensum peccati eam vocat. Quas si vis in te non tardare, ieunium sume et labore et vigilias et bonam tranquillitatem cum protensa oratione.

20. Qui quaerunt animam nostram, per vitiosas cogitationes quaerunt, ut eam in peccatum, quod fit secundum cogitationem aut secundum operationem, immittant. Quando igitur invenerint mentem non admittentem, tunc confundentur et reverebuntur ; 5 quando vero spiritali contemplationi vacantem, tunc avertentur et confundentur valde velociter.

21. Diaconi rationem obtinet is, qui ad sacra certa | mina R 16<sup>r</sup>, ungit mentem et vitiosas a se cogitationes | abigit. Presbyteri A 15<sup>r</sup>

---

6 post mens supra versum add. non A<sup>2</sup> || 16. 2 post indiscretum om. aut R || 18. 3/4 Eicientes — me : *Psal. 16, 11.; 31, 7.* || 3 ante nunc om. me A, sed supra versum add. A<sup>2</sup> || 19. 2 post maxime om. in A, sed supra versum add. A<sup>2</sup> || 3 Contingit correxi: Continget A R || 20. 2 fit] sit R || 4/6 Quando — velociter : *Psal. 6, 11.* || 21. 2 ungit] jungit R.

vero, qui in scientiam eorum quae sunt, illuminat, et falso nominatam scientiam exterminat. Episcopi vero, qui sancto unguento perficit notitiae adorandaes, sanctae Trinitatis.

**22.** Infirmantur daemones, quando per mandata minuuntur vitia, quae sunt in nobis : pereunt autem, quando in finem per impassibilitatem delentur, non amplius invenientes ea, per quae in illa inveniebantur et impugnabant eam. Et hoc utique est illud : *Infirmabuntur, et peribunt a facie tua.*

**23.** Alii quidem hominum propter timorem humanum <se> a vitiis abstinent, alii vero propter vanam gloriam, alii autem propter continentiam ; alii per divina iudicia a vitiis liberantur.

**24.** Omnes sermones Domini quattuor haec continent : mandata, dogmata, minas, promissiones ; et omnem duram institutio-  
nem propter haec sustinemus ; verbi gratia : ieunia, vigilias, humisternia, labores, molestias in ministeriis, iniurias, ignominias, tormenta, mortes, et similia. *Propter verba enim labiorum tuorum ego custodivi vias duras.*

**25.** Merces continentiae impassibilitas, fidei vero scientia.  
A 16<sup>r</sup> Et impassibilitas quidem parit discretionem, scientia | vero caritatem in Deum.

**26.** Activam quidem mens exequens, in prudentiam proficit ; R 16<sup>r</sup> contemplativam | autem, in scientiam. Huius enim est in discretionem virtutis et malitiae ferre eum, qui certat ; illius autem in rationes de incorporeis et corporibus ducere participem. Theologica autem gratia statim digna habetur, cum in omnia praedicta per 5 caritatis pennas pertransierit, et Deo facta, de eo rationem per spiritum, sicut humanae menti est possibile, speculabitur.

**27.** Theologizatur ne secundum eum quaeras rationes, non enim invenit humana mens, sed neque aliusciusque eorum, quae sunt post Deum, sed eas, quae sunt circa, sicut possibile est, speculare. Verbi gratia : de aeternitate, immensitate, interminabilitate, benignitate, sapientia et potentia conditoria et provisoria 5 et iudicaria eorum, quae sunt. Hic est enim magnus theologus in omnibus, qui horum licet quantulumcumque adinvenit.

5 notitiae corrixi: notitia A R || 22. 5 Infirmabuntur — tua : *Psal. 9,* 4. || 5 peribunt] perient A || 23. 1 se addidi || 2 autem add. in margine R<sup>2</sup> || 24. 1 Domini] Dei R, sed in margine add. Domini R<sup>2</sup> || 2 supra minas add. et A<sup>2</sup> || 5/6 Propter — duras : *Psal. 16, 4.* || 27. Eadem fere hecat. I. c. 100. || 4 immensitate, "interminabilitate, "benignitate A : immensitate, benignitate, interminabilitate R.

28. Potens vir est, qui actui scientiam coniungens, hac quidem concupiscentiam macerat et furorem mitigat, illa vero mentem alat et ad Deum proficiscitur.

29. Quando dicit Dominus : *Ego et Pater unum sumus*, id ipsum A 16<sup>v</sup> substantiae significat. Quando vero iterum dicit : *Ego in Patre, et Pater in me est*, inseparabile denotat personarum. Tritheitae igitur separantes a Patre Filium, in anceps principium incident. | Aut R 17<sup>r</sup> 5 enim coaeternum dicentes Patri Filium, separantes autem illum ex eo, coguntur dicere non ex illo natum esse et incidere in tres dicere Deos et tria principia ; aut ex illo genitum esse dicentes, separantes vero, coguntur dicere non coaeternum esse Patri et facere sub tempore temporum dominatorem. Oportet namque et 10 unum Deum servare et tres personas confiteri secundum magnum Gregorium, et unamquamque cum proprietate. Etenim dividitur quidem, sed indivisive secundum id ipsum, coniungitur quidem, divisive autem. Et ideo praeter opinionem et divisio et unio. Quoniam quid habet praeter opinionem, si sicut homo homini unitus 15 est et divisus est et nihil plus est ?

30. Qui perfectus est in caritate et in summum impassibilitatis venit, nescit differentiam proprii et alieni, aut propriae et alienae, aut fidelis et infidelis, aut servi et liberi, vel omnino masculi et feminae ; sed superior vitiorum tyrannide factus et in unam 5 naturam hominum respiciens, omnes aequaliter videt. Non enim est in | illo gentilis et Iudeus, neque masculus et femina, A 17 neque servus et liber, sed omnia in omnibus Christus.

31. Ex subiacentibus in anima vitiis accipiunt daemones occasiones movendi in nobis vitiosas cogitationes. | Inde per has R 17<sup>v</sup> impugnantes mentem, compellunt eam in consensum venire peccati. Victa vero ea ducunt illam in peccatum secundum cogitationem. 5 Et hoc perfecto ferunt eam captivam in actum. Post istud autem, qui animam per cogitationes devastaverunt, cum ea discedunt. Manet autem solum in mente idolum peccati, de quo ait Dominus : *Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, qui legit intelligat*; quia locus sanctus et templum Dei mens existit 10 hominis, in quo daemones per vitiosas cogitationes animam deso-

---

29. 1 Ego — sumus : *Ioan. 10, 30.* || 2/3 Ego — est : *Ioan. 10, 38.* || 11 *Gregorius Naz.: Orat. 13. et 39.* (= *Migne: PG. 35. c. 855., 36. c. 347.*) || 13/14 Quoniam quid conieci: Quoniam quidem A R || 30. 4 *tyrannide* || *tyrannidae* R || 5/7 Non — Christus : *Galat. 3, 28.* || 31. 8/9 Cum — intelligat : *Matth. 24, 15.*

lantes, idolum peccati statuerunt. Quod autem et historice iam haec facta sint, nullus eorum, qui Iosippia legerunt, ut opinor, dubitat. Verumtamen quidam aiunt et sub Antichristo hoc fore.

**32.** Tria sunt, quae movent nos ad bona : naturalia semina, sanctae virtutes et bona deliberatio. Et naturalia quidem semina, sicut quando quod volumus, ut faciant nobis homines et nos simili-  
**A 17<sup>r</sup>** ter facimus illis ; aut sicut quando | videmus aliquem in arto vel necessitate, et naturaliter miseremur. Sanctae virtutes, velut | quando moti in bona re, invenimus cooperationem bonam et prosp-  
**R 18<sup>r</sup>** ramur. Bona autem deliberatio, sicut quando discernentes | bonum a malo, eligimus bonum.

**33.** Tria sunt vero rursus moventia nos ad mala : vitia, dae-  
 mones et mala deliberatio. Vitia quidem, sicut quando concupisci-  
 mus rem praeter rationem ; verbi gratia : cibum praeter tempus,  
 aut praeter opus, aut mulierem praeter intentionem gignendi prolem  
 et non legitimam. Et iterum, quando irascimur vel contristamur |  
 praeter conveniens ; utpote contra eum, qui nos inhonoravit, aut  
 damnum nobis intulit. Daemones autem, quando in negligentia  
 nostra tempus observantes, incumbunt nobis repente cum multa  
 vehementia, moventes praedicta vitia et similia. Mala vero delibera-  
 tio est, quando in scientia boni, malum contra eligimus. 10

**34.** Mercedes laborum virtutis sunt : impassibilitas et scientia.  
 Hae enim conciliatrices sunt regni caelorum, sicut et vitia et in-  
 scientia supplicii aeterni. Hic igitur, qui propter gloriam hominum  
 has quaerit et non propter ipsum bonum, audit a Scriptura dicente :  
**A 18<sup>r</sup>** *Petitis, et non accipitis, eo quod | male petatis.* 5

**35.** Sunt multa quaedam natura bona, quae fiunt ab homini-  
 bus, sed non bona rursus propter aliquam causam ; verbi gratia :  
 ieunium, vigiliae, oratio et psalmodia, eleemosyna et hospitium  
 susceptio, natura bona opera sunt ; si quando propter vanam glo-  
**R 18<sup>r</sup>** riam fiunt, | non sunt bona. 5

**36.** Omnium, quae aguntur a nobis, intentionem quaerit  
 Deus, sive propter eum agimus, sive propter aliam causam.

<sup>11</sup> post iam om. haec R, sed in margine add. R<sup>2</sup>; cf. I. Flavius: *De bello Iudaico.* || **32.** 3 post quando om. quod A, sed supra versum add. A<sup>2</sup> || 3/4 quod — illis : *Math. 7, 12.* || 6 in "re "bona R || 6 post cooperationem om. bonam R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || **33.** 2 et "deliberatio "mala R || 3 post tempus om. aut praeter opus A, sed in margine add. A<sup>2</sup> || 7 post autem add. vel A || 10 post malum om. contra R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || **34.** 5 Petitis] Quia petitis A || 5 Petitis — petatis : *Iac. 4, 3.* || **35.** 1 quaedam] quidem R.

**37.** Cum audieris Scripturam dicentem : *Quia tu redes unicuique secundum opera sua*; non ea, quae praeter rectam intentionem aguntur, etsi videantur bona esse, Deus bona reddit, sed secundum rectam. Non enim in ea, quae fiunt, sed intentionem eorum, quae fiunt, iudicium Dei inspicit.

**38.** Superbiae daemon duplificem habet malitiam : aut enim sibimet suadet monacho ascribere correctiones et non Deo largitorum bonorum et adiutori ; aut hoc non persuaso, fratres adhuc imperfectiores suggerit contemnere. Ignorat autem et is, qui sic agitatur, quod auxilium Dei persuadeat ei negare. Si enim illos, tamquam qui non potuerint se corrigere, contemnit, semetipsum nimirum, tamquam qui ex | propria virtute correxerit, inducit. A 18<sup>r</sup> Quod est impossibile Domino dicente : *Sine me nihil potestis facere*. Quandoquidem nostra infirmitas, cum movetur ad bona, absque 10 largitore bonorum in finem ducere non potest.

**39.** Qui novit humanae naturae infirmitatem, hic accepit experimentum divinae virtutis. Et huiusmodi per eam alia quidem iam corrigens, alia vero studens corrigere, non | contemnit um- R 19<sup>r</sup> quam aliquem hominum. Novit enim, quia sicut eum iuvat et multis 5 vitiis ac gravibus liberavit, ita potens est et omnes iuvare, quando vult et maxime illos, qui propter illum certant ; etsi quibusdam iudiciis pariter vitiis non liberat, sed propriis temporibus, sicut benignus et humanus medicus, unumquemque studentium sanat.

**40.** In vitiorum cessatione superbia contingit, aut dum causae absconduntur, aut daemonibus dolum operando discedentibus.

**41.** Omne fere peccatum propter voluptatem fit ; et omnis eius interemptio per malorum sustinentiam et tristitiam, aut spontanea per paenitentiam, aut per dispensativam illationem, quae per providentiam inducitur : *Si enim nos ipsos iudicaremus, 5 non utique iudicaremur. Cum autem iudicamur, a Domino corripi- mur, ut non cum mundo damnemur*.

**42.** Cum tibi venerit ex improviso temptatio, ne illum, per A 19<sup>r</sup> quem, accusa, sed id, propter quid quaere, et inveniens corrige,

**37.** 1/2 Quia — sua : *Rom. 2, 6.* || 4 rectam *correxi* : rectum A R ||

**38.** 2/3 post largitori om. bonorum R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || 5 persuadeat] persuadet R, sed supra versum add. a R<sup>2</sup> || 8 Sine me — facere : *Ioan. 15, 5.* ||

**39.** 5 post potens om. est R || **41.** 1 voluptatem *conieci* : voluntatem A R ||

4/6 Si — damnemur : *1 Cor. 11, 31.*

quoniam sive per illum, sive per alium, bibere habes omnino iudiciorum Dei absinthium.

**43.** Quamdiu es male moratus, mala pati ne recuses, ut per hoc humiliatus, superbiam evomas.

**44.** Aliae quidem temptationum voluptates, aliae vero tristitiae, aliae vero dolores corporales hominibus inducunt. Secundum R 19<sup>r</sup> enim sitam in anima vitiorum causam et anti|dotum medicus animarum per iudicia sua imponit.

**45.** Illationes temptationum aliis quidem ad iam peccatorum factorum interemptionem aliis autem ad eorum, quae nunc committuntur, aliis ad perpetrandorum intercessionem inducuntur ; absque illis, quae ad probationem superveniunt, sicut super Iob.

**46.** Sensatus quidem divinorum iudiciorum medicinam recogitans, cum gratiarum actione fert per haec contingentes calamitates, nullum alium harum causam, quam peccata sua existimans. Insipiens autem Dei ignorans sapientissimam providentiam, pecans cum corripitur, aut Deum, aut homines malorum suorum 5 causam reputat.

A 19<sup>r</sup> **47.** Sunt quaedam, quae vitiorum sistunt motus et non sinunt procedere in incrementum ; et sunt alia minuentia et in minorationem ducentia. Verbi gratia : ieunium et labor et vigiliae non sinunt crescere concupiscentiam ; recessio autem et contemplatio et oratio et amor in Deum minuunt eam et in exterminium 5 ducunt. In furore quoque similiter. Verbi gratia : longanimitas et oblivio iniuriae ac mansuetudo sistunt eum et non sinunt crescere ; caritas autem et eleemosyna et suavitas et humanitas in minorationem ducunt.

**48.** Cuius mens semper est ad Deum, huius et concupiscentia in R 20<sup>r</sup> divinum excrevit amorem, et furor ex to | to in divinam conversus est caritatem. Diurna enim divinae <dilectionis> participatione, ut ab igne igneus, tota lucida facta, et passibilem sui partem ad semetipsam constringens, in amorem divinum, sicut dictum est, indesinentem 5 et caritatem incessabilem vertit, omnino ex terrenis ad divinum transiens.

**45.** 2 interemptionem R, sed supra versum add. vel et in margine interpretationem R<sup>2</sup>: interpretationem A || **47.** 2/3 post incrementum om. et sunt alia minuentia et in minorationem ducentia R, sed in margine add. R<sup>2</sup> ||

**48.** 3 dilectionis addidi: τῆς . . . ἐλλάμψεως M || 4 post verbum igneus in A 13 litterae sequuntur, quae legi non possunt: in R rasura || 5 post amorem om. divinum A, sed supra versum add. A<sup>2</sup>.

49. Non omnino qui non invidet, neque irascitur, neque odit eum, qui se contrastavit, iam et caritatem habet ad illum. Potest enim et non diligens malum pro malo non reddere propter mandatum; non autem omnino bonum reddere pro malo | sine A 20 coactione. Ex affectu enim benefacere his, qui oderunt, solius est spiritualis et perfectae caritatis.

50. Non qui non diligit aliquem, iam omnino et odit illum; neque rursus qui non odit, iam omnino et diligit, sed potest tandem inter utrumque se habere circa eum, hoc est: neque diligere, neque odisse. Caritativam enim dispositionem soli in nono capitulo huius hecatontadis dicti quinque modi ingenerare nati sunt apti: laudabiles et medius et vituperabiles.

51. Cum vides mentem tuam materialibus libenter vacantem et horum intellectibus amanter capi, cognosce temetipsum haec R 20<sup>r</sup> magis, quam Deum diligentem: | *Ubi enim est thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum.*

52. Mens quae Deo coniungitur et in Deo demoratur per orationem et dilectionem, sapiens fit et bona et potens et humana et misericors et longanimis: et ut simpliciter dicam, omnes fere divinas proprietates in se circumfert. Ab hoc autem recedens et materialibus accedens, aut feralis, aut fit voluntatum amatrix facta, bestialis, propter haec homines impugnans.

A 20<sup>r</sup>

53. Mundum dicit Scriptura materiales res; et mund | ani sunt, qui his mente vacant, ad quos dicit verecundius: *Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt, quia omnia quae sunt in mundo, concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et superbia vitae, non ex Deo, sed ex mundo est.*

54. Monachus est, qui a materialibus rebus mentem separavit, et per continentiam et caritatem ac psalmodiam et orationem perseverat ad Deum.

55. Pecorum quidem nutritor est activus. Pecorum enim rationem obtinent moralia officia; propter quod et dicebat Iacob: *Viri pecorum nutritores sunt pueri tui.* Pastor autem ovium, qui est pascendi gnarus. Ovium enim rationem obtinent cogitationes,

49. 3 pro malo R, sed supra versum add. bono R<sup>2</sup>: pro bono A || 50. 5 ingenerare "sunt apti" nati R || 6 post laudabiles om. et R || 51. 3/4 Ubi — tuum: *Matth. 6, 21.* || 53. 2/5 Nolite — est: *1 Ioan. 2, 15—17.* || 3 neque ea quae sunt in mundo A || 54. 1 post materialibus om. rebus R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || 55. 2 "obtinent" rationem R || 3 Viri — tui: *Gen. 46, 34.* || 3 Pastor "ovium" autem A.

quae sub montibus cogitationum a mente pascuntur. Idcirco et :  
 R 21<sup>r</sup> *Abominatio | est Aegyptiis omnis pastor ovium, contrariis  
 videlicet virtutibus.*

**56.** Mala mens, cum movetur corpus per sensus ad concupiscentias et voluptates, subsequitur et consentit huius imaginationibus et impetibus. Studiosus vero continet et prohibet eam a vitiis, imaginationibus et impetibus, et magis philosophatur meliores facere huiusmodi motus ipsius. 5

A 21<sup>r</sup> **57.** Virtutum aliae quidem sunt corporales, aliae autem animales. Et corporales quidem sunt, ut ieunium, vigiliae, humisterium, ministerium, opus manuum, ad hoc ne praegravet aliquem aut ad participationem, et quae sunt deinde. Si igitur ex aliqua necessitate, vel occupatione corporali, ut infirmitatis, aut alicuius talium contigerit nobis non posse perficere praedictas corporales virtutes, veniam habemus a Deo, qui et causas novit. Animales autem non perficientes, nullam habebimus excusationem : non enim sunt sub necessitate.

**58.** Caritas in Deum omnem voluptatem praetereuntem et omnem dolorem ac tristitiam suadet contemnere participi suo. Et persuadeant tibi omnes sancti, tanta passi propter Christum cum gaudio.

R 21<sup>v</sup> **59.** Attende tibi ipsi a matre malorum, | philautia, quae est corporis irrationalis amicitia. Ex hac enim evidenti ratione pariuntur primae et vitiosae et generalissimae tres cogitationes : gastrimargiae dico et avaritiae et vanae gloriae, occasiones ex necessariis dumtaxat corporis accipientes, e quibus gignitur omnis malorum 5  
 A 21<sup>v</sup> catalogus. Oportet igitur attendere necessaria et hanc expugnare cum multa vigilantia. Cum enim haec interimitur, similiter interimuntur omnes, quae sunt ex ea.

**60.** Philautiae vitium monacho quidem miserari suggerit corpus et applicare praeter id, quod consuevit, ad escas, tamquam dispensationis gratia, ut dum paulatim attrahitur, in foveam voluptatum incidat. Mundano vero hinc iam curam sibi facere in desideriis suadet. 5

**61.** Orationis summam constitutionem hanc esse dicunt :

5 sub montibus *conieci*: sub motibus A R || 6 Abominatio — ovium : *Gen. 46, 34* || **57.** 3 aliquem *conieci*: locum A R || 4/5 ex "necessitate" aliqua, corporali vel occupatione R || **59.** 5 post gignitur *om.* omnis R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || **60.** 4/5 Mundano — suadet : *Rom. 13, 14.*

extra carnem et mundum fieri mentem et immaterialem prorsus et sine mundi imaginatione. Hic vero sine intermissione orat.

**62.** Sicut corpus moriens ab omnibus mundi separatur actibus, ita et mens in summe orando moriens, ab omnibus separatur mundi intellectibus. Si enim tali non moriatur morte, cum Deo inveniri | et vivere non potest.

R 22<sup>r</sup>

**63.** Nullus te seducat, monache, quod sit fas salvare voluptati et vanae gloriae servientem.

**64.** Sicut corpus per res peccat et habet ad eruditionem corporales virtutes, ut sit sobrium : | ita et mens per vitiosos A 22<sup>r</sup> intellectus, et habet similiter ad eruditionem animales virtutes, ut mente et sine vicio videns res, sobria sit.

**65.** Sicut diebus succedunt noctes et aestatis hiemes, ita vanae gloriae et voluptati tristitia ac dolores, sive in praesenti, sive in futuro.

**66.** Non est eum, qui peccavit, futurum effugere iudicium, sive spontaneis hic doloribus, aut invitis illationibus.

**67.** Propter quinque causas aiunt hic permitti nos sub Deo impugnari a daemonibus. Et primam quidem aiunt, ut cum impugnamur et impugnamus, in discretionem virtutis et malitiae veniamus. Secundam vero, ut bello et dolore virtutem possidentes, firmam et intransitivam habeamus. Tertiam vero, ut proficientes in virtutem, ne altum sapiamus, sed discamus humilia sapere. Quartam autem, ut experti malitiam, perfecto odio eam oderimus. Quintam vero in omnibus, ut sine vitiis facti, ne obliviscamur propriae infirmitatis, neque potentiae adiutoris.

**68.** Sicut esurientis mens panem imaginatur | et sitiens aquam, ita et gastrimargi varietates eduliorum ; et voluptatum amici formas mulierum ; et cenodoxi ex omnibus honores ; et cupidi luca ; et odiosi ultiōrem eius, qui eum contrastavit ; et invidi afflictionem eius, cui invidet ; et in aliis vitiis similiter. Cum enim mens molestatur a vitiis, accipit vitiosos intellectus, etiam vigilante corpore et in somnis.

R 22<sup>v</sup>A 22<sup>v</sup>

**69.** Quando concupiscentia crescit, factorias voluptatum materias in somnis imaginatur. Quando vero furor, timoris factorias res aspicit. Augent quippe vicia immundi daemones, cooperatricem

**61.** 3 Hic — orat : *1 Thess. 5, 17.* || **67.** 1 hic] hinc R || **68.** 7 vigilante] vigilanti R, sed supra versum add. e R<sup>2</sup>.

nostram negligentiam accipientes, et haec incitant. Muniunt autem nos sancti angeli ad virtutum nos moventes operationem.

70. Cum animae concupiscibile crebrius incitatur, habitum amicitiae voluptatum difficile mobilem animae imponit : furor autem cum continue turbatur, profecto et sine viribus illam perficit. Sanant vero hoc quidem exercitatio protensa ieunii et vigiliarum et orationis ; illum autem suavitas et humanitas et caritas et misericordia.

A 23<sup>r</sup> R 23<sup>r</sup> 71. Aut per res daemones impugnant nos, aut | per vitiosos intellectus, qui sunt in rebus ; per intellectus autem eos, qui sunt a rebus separati.

72. Quanto facilius est secundum mentem, quam secundum operationem peccare, tanto gravius est per cogitationes bellum eo, quod fit secundum res.

73. Res quidem extrinsecus sunt a mente, harum intellectus intrinsecus consistunt. In ea igitur est bene his uti vel male. Aberrantem enim intellectuum usum abusio rerum sequitur.

74. Per haec tria mens accipit vitiosos intellectus : per sensus, per complexionem, per memoriam. Per sensum quidem, quando proponuntur illi, scilicet sensui, res, ad quas vitiouse dispositi sumus, et movent eam ad vitiosas cogitationes. Per complexionem autem, quando ex laxa diaeta, vel operatione daemonum, vel languore aliquo mutatur complexio, et movet eam iterum ad vitiosas cogitationes, aut contra Providentiam sui. Per memoriam vero, quando rerum, circa quas affecti fuimus, intellectus memoria reducit et movet eam similiter ad vitiosas cogitationes.

A 23<sup>r</sup> R 23<sup>r</sup> 75. Earum quae in usum nobis sunt a Deo datae rerum, | aliae in anima, aliae quidem in corpore, aliae circa corpus inveniuntur. Verbi gratia : in anima quidem virtutes, in corpore vero sensuum instrumenta | et reliqua membra. Circa corpus autem : escae, opes, possessiones, et quae deinceps. Bene igitur his uti vel male, vel eis, quae circa haec contigerint, aut studiosos, aut malos nos declarat.

76. Eorum quae in rebus contingunt, haec quidem sunt in anima, illa vero in corpore ; alia vero rerum, quae sunt circa corpus.

71. 1 Aut] ut A, om. *initialie* || 72. 3 fit] sit A || 73. 2 est "his "bene uti R || 2 vel] q̄n R, sed *supra versum add.* vel R<sup>2</sup> || 74. 1 tria "accipit "mens R || 6 *post languore om.* aliquo R, *sed in margine add.* R<sup>2</sup> || 76. 1 Eorum] Horum A.

Et eorum quidem, quae sunt in anima, sicut scientia et ignorantia, et oblitio et memoria, dilectio et odium, timor et temeritas, tristitia et gaudium, et quae deinceps. Eorum vero, quae in corpore, sicut voluptas et dolor, et sensus et hebetudo, sanitas et aegritudo, vita et mors, et huiusmodi. Eorum vero, quae circa corpus, sicut fecunditas et sterilitas, divitiae ac paupertas, gloria et ignominia, et quae deinde. Horum quidem alia bona, alia vero mala hominibus putantur, cum nihil horum sit malum propria ratione. Propter usum autem sive mala proprie, sive bona inveniuntur.

77. Bona est scientia natura, similiter autem et sanitas, sed contraria his multis magis super haec profuerunt. | Malis enim A 24<sup>c</sup> non in bonum scientia contingit, quamvis natura, sicut dictum est, sit bona. Similiter autem neque sanitas, neque divitiae, neque gaudium. Non enim his commode utuntur. Putas igitur, contraria omnia talibus expedient? | Igitur neque illa mala propria R 24<sup>c</sup> ratione existunt, etsi videantur mala esse.

78. Noli abuti intellectibus, ut non ex necessitate et rebus abutaris. Siquis enim non primum secundum cogitationem peccat, non utique peccat umquam secundum operationem.

79. Imago terreni generales malitiae existunt, verbi gratia: insipientia, formido, lascivia, iniquitas. Imago vero supercaelestis, generales virtutes: prudentia, fortitudo, sobrietas, iustitia. *Sed sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis.*

80. Si vis invenire viam, quae dicit ad vitam, in via illam quaere, et ibi eam invenis in dicente: *Ego sum via, et veritas, et vita.* Verumtamen nimis laboriose, eo quod *pauci sint, qui inveniant illam;* ne forte derelictus a paucis, cum multis inveniaris.

81. Per haec quinque anima a peccatis absciditur: aut per A 24<sup>r</sup> timorem hominum, aut per timorem iudicii, aut propter futuram mercedis redditionem, aut propter dilectionem Dei, aut ultimum propter conscientiam percutientem.

82. Nonnulli quidem dicunt, quia non esset malum in his, quae sunt, nisi quaedam alia virtus esset attrahens nos ad illud. Ea vero nihil aliud est, quam eorum, quae sunt secundum naturam mentis operationum, negligentia. Proinde qui harum | dili- R 24<sup>r</sup> gentiam faciunt, bona quidem semper faciunt, mala vero numquam.

77. 1 natura] naturae R || 4 autem neque] autem neque neque A || 79. 3/4 Sed — caelestis: *1 Cor. 15, 49.* || 80. 2/3 Ego — vita: *Ioan. 14, 6.* || 3/4 pauci — illam: *Matth. 7, 14.* || 82. 2 post sunt om. nisi A, sed supra versum add. A<sup>a</sup> || 3 nihil est aliud R || 4/5 diligentiam correi: diligentia A R.

Si igitur vis et tu, repelle negligentiam et similiter abigis malitiam, quae est aberrans iudicium intellectuum, quam subsequitur abusio rerum.

**83.** Secundum naturam est rationalis partis in nobis subdi divinae rationi, et dominari irrationali parti, quae est in nobis. Hic ordo in omnibus custodiatur, et neque malum erit in his, quae sunt, neque id quod ad illud trahat, invenietur.

**84.** Aliae quidem cogitationum simplices sunt, aliae vero compositae. Et simplices quidem sunt, quae sunt sine vitio, compositae autem vitiosae: sicut quae ex vitio et intellectu compo-  
A 25<sup>r</sup>nuntur. His se sic habentibus, multas | simplicium est videre sequentes eas, quae sunt compositae, cum inceperint motum ad peccandum secundum cogitationem. Verbi gratia in auro: ascendit in memoriam alicuius cogitatio de auro vitiosa, et impetum fecit cogitatione ad furandum, et perfecit secundum mentem peccatum; consequebatur autem memoriam auri et memoria sacculi et machinationis furandi, cubiculi, et eorum quae deinde. Et memoria 10  
quidem auri erat composita: habebat enim mens vitium circa illud, | sacculi vero ac cubiculi et eorum quae deinceps, simplex: neque habebat circa ea vitium mens. In omni quoque cogitatione similiter habetur: et in vana gloria et in muliere et in reliquis. Non enim omnes cogitationes, quae sequuntur vitiosam cogitatio-  
R 25<sup>r</sup>nem, etiam vitiosae sunt, sicut demonstravit ratio. Ex his 15 igitur possumus nosse, quales sint vitiosae cogitationes, et quales simplices.

**85.** Plerique quidem aiunt, quia particulas corporis tangentes daemones movent vitium fornicationis: inde, cum vitium movetur, refert formam mulieris per memoriam in mentem. Quidam vero, quod menti quidem in figura mulieris appareant; | A 25<sup>v</sup> particulas autem corporis tangentibus, appetitum movent, et sic 5 fiunt imaginationes. Alii vero rursus, quia vitium, quod invalescit in propinquante daemone, movet vitium, et ita applicatur ad cogitationes anima, repraesentans formas per memoriam. In aliis etiam imaginationibus similiter: alii quidem ita, alii vero ita contingere aiunt. Verumtamen in nullo dictorum modorum valent 10

---

**83.** 1 Secundum naturam *conieci*: Secunda natura A R || 84. 3 et] et et A || 10 ante quae om. eorum R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || 17 vitiosae A, sed supra versum add. or A<sup>2</sup>: vitiorum R, sed supra versum add. vel sae R<sup>2</sup>.

vitium qualemque movere, praesente animae caritate et continentia, neque vigilante corpore, neque in somnis.

86. Alia quidem | mandatorum legis et corporaliter et spiritualiter R 25\* necesse est custodire, alia vero spiritualiter tantum. Verbi gratia : *Non moechaberis. Non occides. Non furaberis*, et similia et corporaliter et spiritualiter oportet custodire. Et spiritualiter quidem tripliciter. Circumcidi vero et custodire Sabbatum et occidere agnum et comedere azyma cum lactucis agrestibus et similia, spiritualiter solum.

87. Tres sunt morales constitutiones generaliores in monachis. Et prima quidem, nihil peccare secundum operationem ; secunda vero, non tardare in anima vitiosas cogitationes ; tertia autem, formas mulierum et eorum, | qui contrastaverunt, sine A 26\* vitio contemplari secundum cogitationem.

88. Sine possessione est, qui abrenuntiavit omnibus existentibus sibi et nihil ex toto super terram possidet praeter corpus : affectu quoque circa illud dirupto, Deo et ipsius sui commisit dispensationem.

89. Eorum qui possident, alii sine vitio possident, propter quod et privandi tristes fiunt : sicut is, qui in Evangelio dives, *abiit tristis*. Quodsi privatur, usque ad mortem tristatur. Vitiosi igitur et non vitiosi affectum arguit, probat.

90. Hos autem qui summatim orant, impugnant daemones, ut intellectus sensibilium rerum subtiles non assumant ; R 26 gnos autem orandi, ut demorentur in eis vitiosae cogitationes ; eos autem qui circa actionem certant, ut faciant illos secundum operationem peccare. Omnimode autem ad omnes certant, ut a Deo miseri homines separantur.

91. Qui secundum vitam istam sub divina providentia ad pietatem exercitantur, per has tres temptationes probantur ; verbi gratia : aut per delectabilem dationem, sicut in sanitate et pulchritudine et fecunditate et opibus et gloria et similibus ; A 26\* aut per tristium illationem, sicut privatione filiorum et opum ac gloriae, et eorum quae deinceps ; aut per ea, quae dolorem ingenierant corpori, sicut languores et tormenta, et ea quae deinceps.

85. 11 vitium "movere" qualemque R || 86. 3 : *Exod. 20, 13—15.* ; *Matth. 5, 27. seqq.* || 5 Circumcidi — Sabbatum : *Gen. 17, 10.* || 5/6 occidere — agrestibus : *Exod. 12, 3. seqq.* || 87. 4 post contrastaverunt add. eum A || 89. 1 Eorum] Horum A || 3 abiit tristis : *Matth. 19, 22.*

**Et ad primos quidem dicit Dominus : Si quis non abrenuntiaverit omnibus quae habet, non potest meus esse discipulus.** Ad secundos autem et tertios : In patientia vestra possidebitis animas vestras. <sup>10</sup>

**92.** Quattuor haec aiunt mutare complexionem corporis et dare menti cogitationes sive vitiosas, sive sine vitio per eam ; verbi gratia : angelos, daemones, aeres, diaetam. Et angelos quidem verbo aiunt mutare, daemones vero per tactum, aeres autem mutationibus, | diaetam vero escarum et potuum qualitatibus et superabundantia et minutione ; praeter eas, quae per memoriam, auditus et visus contigerunt ei mutationes : prius paciente anima ex his, quae incident ei tristibus aut laetificis. Et ex his quidem perpatiens anima, mutat complexionem corporis ; ex praedictis autem, cum mutatur complexio, praebet menti cogitationes. <sup>10</sup>

**93.** Mors quidem est proprie separatio : stimulus autem mortis peccatum, quem suscipiens Adam, simul ligni vitae et paradisi ac Dei exul factus est ; | quem subsecuta est ex necessitate mors corporis. Vita quippe proprie est, quae dixit : *Ego sum vita.* Hic in morte factus, mortificatum reum ad vitam reduxit. <sup>5</sup>

**94.** Sermo qui conscribitur, aut ad sui commonitionem conscribitur, aut ad utilitatem aliorum, aut amborum, aut ad laesionem aliquorum, aut ad ostentationem, aut ex necessitate.

**95.** Locus est pascuae activa virtus, aqua vero refectionis scientia factorum.

**96.** Umbra mortis est humana anima. Si quis igitur est cum Deo et Deus cum eo, hic potest dicere evidenter : *Si ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu tecum es.*

**R 27.** **97.** Mens quidem munda recte aspicit res : sermo | vero exercitatus sub aspectum dicit ea, quae sunt visa : clarus autem auditus suscepit ea. Qui vero tribus privatus est, eum qui locutus est, affigit.

**98.** Cum Deo est, qui sanctam cognoscit Trinitatem, conditionem eius et providentiam ; et passibilem partem animae impassibilis possidet.

**99.** Virgam significare <aiunt> iudicium Dei, baculum vero

**91.** 8/9 Si — discipulus : *Luc. 14, 33.* || **10** In — vestras : *Luc. 21, 19.* || **92.** 7 visus et auditus R || 8 Et ex] Eex R, sed supra versum add. t R<sup>2</sup> || **93.** 1/2 stimulus — peccatum : *1 Cor. 15, 56.* || 4/5 Ego sum vita : *Ioan. 14, 6.* || **95.** 1 Locus — refectionis : *Psal. 22, 2.* || **96.** 2/3 Si — es : *Psal. 22, 4.* || **99.** 1 aiunt addidi: φασὶ M.

prudentiam eius vel providentiam, id est: misericordem pro | spicientiam. Igitur qui horum scientiam accipit, potest dicere : A 27<sup>r</sup>  
*Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt.*

100. Quando mens vitiis nudata fuerit, et eorum quae sunt, illustratur contemplatione, tunc potest et in Deo fieri, et sicut oportet orare.

### HECATONTAS TERTIA.

1. Rationabilis quidem intellectum et rerum usus sobrietatis et caritatis ac scientiae est factorius : irrationalis autem libidinis et odii et inscientiae.

2. *Parasti in conspectu meo mensam*, et cetera. Mensa hic significat activam virtutem. Ea enim adversus eos, qui tribulant nos, a Christo parata est. Oleum autem, quod unguat mentem, contemplationem factorum. Calix vero scientiam, quae est Dei. Misericordia autem eius, Verbum ipsius et Deum. Hic enim per incarnationem suam subsequitur nos omnibus diebus, donec omnes compre | hendat, qui salvandi sunt, sicut et Paulum. Domus R 27 vero regnum, in quo restituuntur omnes sancti. Longitudo autem vita aeterna.

3. Secundum abusionem virtutum animae vitia in nobis | contingunt; verbi gratia : et concupiscibilis et irascibilis et rationalis. A 28<sup>r</sup> Et rationalis quidem virtutis abusio est inscientia et imprudentia ; irascibilis autem et concupiscibilis odium et dilectio. Usus autem harum scientia et prudentia, dilectio et sobrietas. Quodsi hoc est, nihil eorum, quae sub Deo facta sunt, malum est.

4. Non escae sunt malae, sed gastrimargia ; neque filiorum generatio, sed fornicatio ; neque opes, sed cupiditas ; neque gloria, sed vana gloria. Quodsi hoc est, nihil in his quae sunt, malum est, nisi abusio, quae contingit ex mentis negligentia circa naturalem terrae culturam.

5. Malum quod est in daemonibus, haec esse ait beatus Dionysius : furorem irrationalem, dementem concupiscentiam,

3 potest] est A || 4 Virga — sunt : *Psal. 22, 4.* || 100. 2 sicut] sic A.

*Titulus:* Hecatontas tertia.] Finit hecatontas secunda. Incipit tertia. R || 2. 1 Parasti — mensam : *Psal. 22, 5.* || 4 contemplationem correi: contemplatione A R || 5 Misericordia conieci: Mensam A R || 3. 1 virtutum correi: virtutem A R || 4. 3 in his] ex his R, sed supra versum add. in R<sup>2</sup> || 5 supra terrae add. usum A<sup>2</sup> || 5. 1 cf. Dionysius Areopagita: *De divin. nom. cap. IV.* (= Migne: PG. 3. col. 726.)

imaginationem temerariam. Irrationabilitas autem et dementia et temeritas privationes sunt rationis, mentis et animadversionis. Privationes autem habituum sunt secundae. Quapropter erat, quando existebat in eis ratio et mens et animadversio religiosa.

R 28<sup>r</sup> Quodsi hoc est, | neque daemones natura sunt mali, sed ex abusione  
A 28<sup>v</sup> animalium virtutum | mali facti sunt.

6. Alia quidem vitiorum libidinis, alia odii, alia vero libidinis et odii sunt factoria.

7. Edacitas et delectabilium comedie libidinis sunt causae; cupiditas autem et vana gloria odii ad proximum. Mater autem harum philautia, id est: amor sui, utrarumque est causa.

8. Philautia est ad corpus vitiosa et irrationalis amicitia, cui opponitur caritas et continentia. Qui habet illam, habet omnia via.

9. Nullus, ait Apostolus, *propriam suam carnem odio habuit, sed supprimit ac in servitutem redigit*, nihil ei plus praestans praeter ea, quae sunt ad vitam necessaria per cibum et operimentum, et haec sola. Ita igitur sine vitio aliquis diligit illam; et sicut ministram divinorum nutrit ac foveat eam his solis, quae replent indigentiam ipsius.

10. Quemquis diligit, hunc omnino et studet procurare. Si igitur Deum quis diligit, omnino et quae beneplacita sunt ei, studet facere: si vero carnem, ea quae illam delectant, efficere.

A 29<sup>r</sup> 11. Deo quidem placet caritas et sobrietas et contemplatio et oratio; carni vero gastrimargia et libido et harum augmentativa. Ideo: *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Qui autem sunt R 28<sup>v</sup> Christi, | carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.*

12. Mens quidem si servit Deo, habet servum corpus, et plus nihil illi praebet ad vivendum, quam necessaria: si autem servit carni, in servitutem redigitur vitiorum, curam eius semper in desideriis faciens.

13. Si vis cogitationes superare, diligentiam habe vitiorum et facile illas a mente abiges. Verbi gratia: in fornicatione quidem ieiuna, vigila, labora, secede. In ira vero et tristitia contemne gloriam et ignobilitatem et materiales res. In odio vero ora pro eo, qui te contrastavit, et liberaberis.

6. 2 factoria sunt R || 7. 3 "philautia "harum A || 9. 1 Nullus — habuit: *Eph. 5, 29.* || 2 sed — redigit: *1 Cor. 9, 27.* || 11. 2 augmentativa conieci: argumentativa A R || 3 Qui — possunt: *Rom. 8, 8.* || 3/4 Qui — concupiscentiis: *Galat. 5, 24.* || 12. 3/4 curam — faciens: *Rom. 13, 14.*

14. Ne infirmioribus hominum temetipsum preepondera, sed mandato caritatis magis extende. Illis quippe preeponderans, in foveam propriae seductionis incidis; hinc autem extendens in altitudinem humilitatis proficias.

15. Si omnino mandatum dilectionis ad proximum custodis, pro qua re erga illum tristitiae amaritu|dine tabescis, quam ut liquet, quia A 29<sup>r</sup> huic temporalia preehonorans et ea admittens, fratrem impugnas?

16. Non propter opus tantum aurum amabile est hominibus, quantum quod per illum multi voluptates procurant.

17. Tres sunt causae dilectionis opum: voluptatum amicitia, vana gloria, infidelitas vel incredulitas. | Senior autem R 29<sup>r</sup> duabus infidelitas consistit.

18. Amicus quidem voluptatum diligit argentum, ut per illud deliciis fruatur: vanae gloriae vero deditus, ut per illud glorificetur: incredulus autem, ut abscondat et custodiat, famem timens, aut senectutem, aut languorem, aut peregrinationem: in eo magis sperat, quam in Deo, omnis creaturae conditore ac provisore usque ad ultima et minima animalia.

19. Quattuor sunt qui servant opes: praedicti tres et dispensatorius. Solus autem iste procul dubio recte servat, ut unicuique, quod opus est, praebens, numquam deficiat.

20. Omnes vitiosae cogitationes aut concupiscibile | animae A 30<sup>r</sup> incitant, aut irascibile exturbant, et ex hoc contingit mentem caecutire ad spiritalem contemplationem et ad orationes avolatione peregre profectam. Et huius rei gratia debet monachus, et maximē 5 qui seorsum quiescit, diligenter cogitationibus attendere et harum causas nosse excidere. Incitant concupiscibile animae vitiosae cogitationes mulierum: harum autem causae ciborum ac potuum intemperantia et ipsarum mulierum crebrum et irrationalib[us] colloquium. Intercidit autem has fames atque sitis et vigiliae et 10 re|cessio. Furorem autem iterum exturbant vitiosae memoriae R 29<sup>v</sup> eorum, qui nos contrastaverunt. Causae vero harum: voluptatum amicitia et vana gloria et materialium amor. Propter haec enim, qui vitiosus est, tristatur, aut sicut privatus, aut sicut qui non est adeptus. Intercidit autem has harum earundem contemptus et 15 despectio propter spem in Christum.

---

15. 2 post amaritudine om. tabescis R, sed in margine add. R<sup>s</sup> || 17.  
2 incredulitas] incrudelitas R || 20. 4 profectam correxi: profectum AR ||  
8 et] atque R || 10 exturbant] perturbant R, sed supra versum add. ex R<sup>s</sup>.

**21.** Cognoscit Deus semetipsum, cognoscit et quae sub eo sunt. Cognoscunt autem et sanctae Virtutes Deum, et quae sub Deo facta sunt. Sed non sicut Deus cognoscit semetipsum et quae sub eo facta, ita sanctae Virtutes cognoscunt Deum et quae sub Deo facta.

A 30<sup>r</sup> **22.** Deus semetipsum | quidem cognoscit ex beata substantia sui; ab eo vero facta ex sapientia sua, per quam et in qua omnia fecit. Sanctae vero Virtutes Deum quidem participio cognoscunt, super participium existentem; quae vero sunt ab eo facta, assumptione contemplationum, quae sunt in ipsis.

**23.** Extra mentem quidem sunt ea, quae facta sunt; intus autem eorum contemplationem assumit. Non autem ita in Deo aeterno et immenso et interminabili, et qui esse et bene esse et semper esse his, quae sunt, donavit.

R 30<sup>r</sup> **24.** Dei particeps est sancti rationalis et intellectualis substantia: et ipso esse et ad bene esse aptitudine, benignitatis, inquam, et sapientiae, et ipsa gratia ad semper esse. Haec igitur Deum cognoscunt. Quae vero sunt sub eo facta, assumptione, ut dictum est, artificialis sapientiae, quae in his, quae facta sunt, consideratur; quae subtilis et sine subsistentia, id est: accidentaliter et non substantialiter in mente conspicitur.

A 31<sup>r</sup> **25.** Quattuor divinarum proprietatum contentivas et munitivas et salvificas eorum, quae sunt, propter summam benignitatem communes facit Deus, producens ad esse rationalem et intellectualem substantiam: | id quod est, quod semper est, benignitatem ac sapientiam. Harum duo quidem substantiae praebuit, duo vero deliberative aptitudini. Et substantiae quidem quod est et quod semper est, deliberative vero aptitudini benignitatem ac sapientiam, ut ea, quae est ipse secundum substantiam, sit creatura secundum participationem substantiae. Propter hanc et secundum imaginem et similitudinem Dei dicitur facta esse. Et secundum imaginem quidem sicut ens entis et sicut semper ens semper entis, vel ut quod est, eiusdem est, et sicut semper est, eius quod semper est, 10 etsi non sine principio, sed sine fine. Secundum similitudinem

**22.** 1 post semetipsum *om.* quidem R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || **24.** 1/2 substantia] substantiali R || **25.** 8 *supra* ea, quae *add.* neutrality A<sup>2</sup> R<sup>2</sup> || 9/10 Propter — esse: *Gen. 1, 26.* || 11 post entis et *om.* sicut semper ens R, *sed in margine add.* R<sup>2</sup> || 12 post eiusdem est *om.* et sicut semper est R.

autem, sicut bonus boni, et sicut sapiens sapientis ; eius qui secundum naturam, is qui secundum gratiam. Et secundum imaginem quidem omnis natura rationalis est Dei, | secundum similitudinem autem soli boni et sapientes.

26. Omnis rationalis et intellectualis substantia dividitur in duo ; hoc est : in angelicam et humanam naturam. Et omnis angelica rursus natura dividitur iterum in duo universalia agmina : sanctaque et profana ; id est : in sanctas Virtutes et immundos daemones. Et omnis humana dividitur in agmina tantum | universaliter duo : pia dico et impia.

A 31<sup>r</sup>

27. Deus quidem sicut per se existentia existens et per se bonitas et per se sapientia ; immo, ut verius dicam, et super haec omnia nihil habet ex toto contrarium. Creaturae vero sicut omnes participatione et gratia existentiam habentes, scilicet rationales et intellectuales, et bonitatis et sapientiae aptitudinem habent contrarium : existentiae quidem non existere, bonitatis et sapientiae aptitudini malitiam et inscitiam. Et existere quidem semper et non existere haec, in potestate eius, qui fecit, sunt ; participem vero fieri bonitatis eius aut non fieri, in voluntate rationabilium 10 existit.

28. Gentiles quidem ab aeterno dicentes consistere Deo eorum, quae sunt, essentiam, qualitates autem circa eam solum ex eo habuisse ; substantiae quidem nihil dicunt contrarium, in qualitatibus vero solis contrarietatem esse. Nos autem solam dicimus | divinam substantiam non habere quiddam contrarium, R 31<sup>r</sup> sicut sempiternam existentem et immensam et aeternitatis substantiis aliis donativam : substantiae vero eorum quae sunt, esse quidem id, quod non est, contrarium ; et in potestate eius, qui vere est existere, semper esse eam ; sine paenitentia | autem esse A 32<sup>r</sup> 10 dona ipsius. Et ideo et est et semper erit {et} omnipotentiva virtute tenens vel regens.

29. Sicut malum privatio est boni, et inscitia privatio scientiae : ita et quod non est, privatio est eius quod est ; non autem eius quod proprie est, non enim habet contrarium. Et priorum

26. 5 post tantum om. universaliter duo R, sed in margine add. R<sup>2</sup> ||

27. 1 per se existentia] per existentia R, sed supra versum add. se R<sup>2</sup> || 10 existit] existunt R, sed supra versum add. t R<sup>2</sup> || 28. 4 post solam om. dicimus R, sed infra versum add. R<sup>2</sup> || 5 quiddam conieci: quidem A R || 9/10 sine — ipsius : Rom. 11, 29. || 10 post erit seclusi et || 29. 1 malum est privatio boni R.

quidem privationes sententiam eorum, qui facti sunt, sequuntur ; ea vero, quae est secundi, in voluntate eius qui fecit, existit ; qui semper propter benignitatem vult esse ea, quae sunt, et semper ab eo beneficiis frui.

**30.** Omnia quae facta sunt, alia quidem rationalia et intellectualia et contrariorum susceptiva ; verbi gratia : virtutis et malitiae et scientiae et inscitiae. Alia vero sunt diversa corpora ex contrariis constantia ; id est : terrae, aeris, ignis, aquae. Et alia quidem sunt incorporea et immaterialia, etsi quaedam horum coniuncta sint corpori ; alia autem ex materia et specie tantum habent constitutionem.

**31.** Omnia corpora secundum naturam sunt immobilia ; R 31<sup>r</sup> moventur autem ab anima, alia quidem | rationali, alia vero irrationali, alia autem insensibili.

**32.** Animalium virtutum alia quidem nutritiva et augmentativa, alia vero imaginaria et impetu | utens, alia vero rationalis et intellectualis. Et primae quidem solius communicant plantae ; secundae vero irrationabilia animalia ; tertiae autem simul cum duabus homines. Et duae quidem virtutes corruptibles, tertia vero incorruptibilis demonstratur.

**33.** Alterutri communicant illuminationem sanctae Virtutes ; et humanae naturae aut suam virtutem communicant, aut scientiam, quae est in eis. Et virtutem quidem sicut bonitatem imitacrem Dei, secundum quam et semetipsas et alterutrum, humilantes se, beneficiis prosequuntur, deifice operantes. Scientiam autem 5 aut de Deo quiddam altius : *Tu enim, ait, Altissimus in aeternum, Domine* ; aut de incorporeis quid profundius, aut de corporibus diligentius ; aut de providentia quid disertius, aut de iudicio quid planius.

**34.** Mentis est immunditia primum quidem scientiam habere fallacem, secundum autem ignorare aliquid eorum, quae sunt universalia ; quantum ad humanam mentem dico, angeli enim est R 32<sup>r</sup> nihil eorum, quae sunt particularia, ignorare ; tertium | vitiosas habere cogitationes, quartum autem consentire peccato. 5

<sup>5</sup> post ea om. vero R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || **30.** 6 tantum etiam supra versum add. A<sup>2</sup> || **31.** 1 secundum naturam A R, sed supra versum add. suam A<sup>2</sup> || 3 supra insensibili add. a non A<sup>2</sup> || **33.** 1 Alterutri correi: Alterutrum A R || 6 quiddam conieci: quidem A R || 6/7 Tu — Domine : *Psal. 91, 9.*

**35.** Animae est immunditia non operari secundum naturam. A 33<sup>o</sup>  
 Ex hoc enim pariuntur animae vitiosae cogitationes. Tunc enim  
 secundum naturam operatur, quando passibiles eius virtutes, furor  
 videlicet et concupiscentia, in rerum et intellectuum qui sunt in  
 eis, suggestione impassibiles permanent.

**36.** Corporis est immunditia secundum operationem peccatum.

**37.** Diligit quietem, qui non patitur ad ea, quae sunt mundi :  
 et diligit omnes homines, qui nihil diligit humanum : et Dei scientiam  
 habet et divinorum, qui non scandalizatur in aliquem, sive  
 propter delicta, sive cogitationes ex suspicione.

**38.** Magnum quidem est non pati ad res, maius autem multo  
 ad harum intellectus impassibilem permanere.

**39.** Dilectio et continentia impassibilem mentem conservant  
 ad res et harum | intellectus. R 32<sup>o</sup>

**40.** Non ad res mens pugnat amici Dei, neque ad harum  
 intellectus, sed ad vitia intellectibus coniuncta. Verbi gratia :  
 non ad mulierem pugnat, neque ad eum, qui se contrastavit, neque  
 ad horum imaginationes, sed ad vitia imaginationibus coniuncta.

**41.** Universum bellum monachi est ad daemones, ut vitia  
 intellectuum separet. Aliter enim res sine vitio aspicere non  
 potest.

**42.** Aliud est res, et aliud intellectus, et aliud vitium. Et A 33<sup>o</sup>  
 res quidem est verbi gratia : vir, mulier, aurum, et quae deinde.  
 Intellectus autem sicut memoria subtilis alicuius dictorum. Vitium  
 autem velut amicitia irrationalis, aut odium indiscretum alicuius  
 praedictorum. Ad vitium igitur est pugna monachi.

**43.** Intellectus est vitiosus cogitatio composita a vitiis et  
 intellectu ; et remanet cogitatio subtilis. Separamus autem vitium  
 per dilectionem spiritalem et continentiam, si volumus.

**44.** Virtutes quidem a vitiis mentem separant, spiritales  
 autem contemplationes a subtilibus cogitationibus ; munda vero  
 oratio ipsi eam praesentat Deo.

**45.** Virtutes quidem sunt propter scientiam eorum, quae  
 facta sunt ; scientia vero propter cognoscentem ; cognoscens autem  
 propter eum, qui in cognoscente cognoscitur, et supra scientiam  
 cognoscentem.

**46.** Non sicut indigens alicuius, qui est superplenus, Deus  
 produxit in esse ea, quae facta sunt, sed ut ea quidem illo proportio-

**41.** 2 separat] superet R, sed supra versum add. separat R<sup>o</sup>.

A 34<sup>r</sup> naliter communicantia perfruantur; | ipse vero laetetur in operibus suis videns ea laetantia, et insatiabile insatiabiliter semper satians.

R 33<sup>r</sup> 47. Multos habet mundus pauperes spiritu, sed praeter id quod convenit. | Et multos lugentes, sed propter opum damna, aut amissiones filiorum. Et multos mites, sed ad immunda vitia. Et multos esurientes et sitiens, sed rapere aliena et lucrari ex iniquitate. Et multos misericordes, sed ad corpus et ea, quae sunt corporis. Et mundos corde, sed propter vanam gloriam. Et pacificos, sed animam corpori subcientes. Et multos qui persecutionem patiuntur, sed sicut incompositi. Et multos, qui exprobrantur, sed in turpibus peccatis. Sed illi soli beati, qui propter Christum et secundum Christum haec faciunt et patiuntur. Quare? *Quia eorum est regnum caelorum, et, ipsi Deum videbunt, et quae deinde.* Itaque non quia faciunt haec et patiuntur, sunt beati; etenim et hi, qui praedicti sunt, id ipsum faciunt; sed quia propter Christum et secundum Christum haec faciunt et patiuntur.

A 34<sup>r</sup> 48. In omnibus quae a nobis aguntur, intentio quaeritur a Deo, sicut multoties dictum est, sive propter eum, sive propter aliud agimus. Cum igitur aliquid volumus agere bonum, ne hominis beneplacitum, sed Deum | habeamus intentionem, ut in ipsum semper respicientes, propter ipsum agamus omnia, ut non et laborem sustineamus et mercedem perdamus.

R 33<sup>r</sup> 49. Et subtile humanarum rerum intellectus, et omnium quae facta sunt, contemplationes reice a mente tempore orationis, ne mino | ra imaginans, ab eo, quod est omnibus quae sunt, incomparabiliter melius, excidas.

50. Si Deum praecordialiter dilexerimus, per ipsam eandem dilectionem vitia excludimus. Dilectio autem in eum est prae-honorare ipsum mundo et animam carni; in eo quod mundanas quidem contemnimus res, ei vero vacemus semper et per continentiam et caritatem et orationem et psalmodiam, et quae deinceps.

51. Si vacantes Deo multo tempore, diligentiam adhibemus passibili parti animae, non amplius ad cogitationum suggestiones

47. 10/11 Quia — videbunt: *Matth. 5, 3. seqq.* || 12 haec et] haec aut R, sed supra versum add. et R<sup>2</sup> || 49. 1 post subtile om. humanarum R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || 50. 4 post semper om. et R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || 51. 1 post adhibemus om. passibili R, sed in margine add. R<sup>2</sup>.

evolvimur : sed diligentius harum causas perpendentes et excidentes, speculatores efficimur ita, ut impleatur in nobis illud : *Et respxit oculus meus in inimicis meis, et insurgentibus in me malignantibus audiet auris tua.*

52. Quando cernis mentem tuam pie et iuste converA 35 santem in mundi intellectibus, cognosce et corpus non multum tardare ad delabendum in ea.

53. Sicut corpus habet mundi res, ita et mens habet mundi cogitationes : et sicut corpus fornicatur cum corpore mulieris, ita et mens fornicatur cum intellectu mulieris per imaginationem proprii corporis. Formam enim proprii corporis aspicit commisceri cum forma mulieris secundum cogitationem. Similiter et formam eius, qui se contrastavit, | ulciscitur secundum cogitationem per R 34<sup>c</sup> formam proprii corporis, et in aliis peccaminibus similiter. Quae enim agit corpus secundum operationem in mundo rerum, haec agit et mens in mundo intellectuum.

54. Non est horrendum ac expavendum et obstupendum cogitatione, quia Deus quidem et Pater neminem iudicat, omne vero iudicium dedit Filio ; Filius autem clamat : *Nolite iudicare, ut non iudicemini; et nolite condemnare, ut non condemnemini, donec veniat Dominus;* et : *In quo iudicio iudicas alium, te ipsum condemnas;* homines autem dimittentes flere peccata sua, tulerunt iudicium a Iesu ; et ipsi sicut sine peccato iudicant et condement invicem ? Et caelum quidem stupuit, terra vero horruit ; ipsi vero non confunduntur insensati | effecti. A 35

55. Qui curiose aliorum peccata inquirit, aut etiam ex suspicione fratrem iudicat, nondum iecit principium paenitentiae, neque scrutandi et cognoscendi peccata sua in veritate graviora existentia multo pondere plumbi : neque novit, homo unde fit gravis corde, diligens vanitatem et quaerens mendacium. Idcirco sicut insipiens et in tenebris ambulans, dimittens peccata sua, aliorum imaginatur, aut quae sunt, aut quae | putantur ex suspicione. R 34<sup>v</sup>

---

4/6 Et — tua : *Psal. 91, 12.* || 53. 7 post Quae om. enim R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || 9 post agit om. et R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || 54. 2/3 Pater — Filio : *Ioan. 5, 22.* || 3/4 Nolite — iudicemini : *Matth. 7, 1.* || 4 nolite — condemnemini : *Luc. 6, 37.* || 5 donec veniat Dominus : *1 Cor. 4, 5.* || 5/6 In quo — condemnas : *Rom. 2, 1.* || 5 post quo om. iudicio R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || 8 Et caelum — horruit : *Ierem. 2, 12.* || 55. 3 et] neque R, sed supra versum add. et R<sup>2</sup> || 4 pondere plumbi : *Zachar. 5, 7.* || 4/5 homo — mendacium : *Psal. 4, 3.* || 4 fit conieci: sit A R.

**56.** Philautia, sicut multoties dictum est, omnium vitiosarum cogitationum causa existit. Ex hac enim generantur tres generalissimae concupiscentiae cogitationes: gastrimargiae et cupiditatis et cenodoxiae. Ex gastrimargia vero generatur ea, quae est fornicationis; ex cenodoxia vero ea, quae est superbiae. Reliquae autem omnes unamquamque trium sequuntur: et ea quae irae, et quae tristitiae, et quae odii, et quae acediae, et invidiae ac detractionis, et reliqua. Haec vero vitia colligant A 36<sup>r</sup> mentem materialibus rebus, et detinent eam in terra, | instar lapidis gravissimi, ei incumbentia, natura existenti ipsi igne 10 leviori et acutiori.

**57.** Principium quidem omnium vitiorum est philautia, finis autem superbia. Philautia vero est circa corpus irrationalis amicitia. Qui hanc excidit, concidit omnia, quae sunt ex ea.

**58.** Sicut parentes corporis affectum exhibent eis, qui ex ipsis generantur, ita et mens naturaliter suis adiacet rationibus. Et sicut illorum vitiosiores, etsi omnium per omnia fuerint pueri derisione dignissimi, omnium videntur modestissimi et pulcherrimi: ita et stultae menti suae rationes, quamvis omnibus sint R 35<sup>r</sup> improbiiores, omnibus videntur | prudentiores. Sapienti vero non sic suae, sed quando visum fuerit certificatum esse, quia verae sunt et bonae, tunc maxime non credit iudicio suo, sed alios sapientes rationum suarum et cogitationum iudices constituit, ne in vanum currat, aut cucurrerit; et ex eis certitudinem accipit. 10

A 36<sup>v</sup> **59.** Cum aliqua viceris ignobiliorum vitiorum, | verbi gratia: gastrimargiam, aut fornicationem, aut iram, aut avaritiam, continuo instat super te cenodoxiae cogitatio. Si autem hanc viceris, ea quae est superbiae, succedit.

**60.** Omnia ignominiosa vitia tenentia animam vanam gloriae ex ea abigunt cogitationem; et dum omnia praedicta vincuntur, rursus in eam ipsam revolvunt.

**61.** Vana gloria aliquando quidem dum interimitur, aliquando autem manens, parit superbiam; et cum interimitur quidem, opinionem ingenerans, manens autem arrogantiam.

**62.** Vanam gloriam interimit occulta operatio, superbiam autem Deo ascribere correctiones.

**63.** Qui Dei notitiam meruit, et delectatione, quae est in

---

**56.** 6 Reliquae "omnes" autem A || **57.** 3 excidit R, *sed supra versum add.* ab R<sup>2</sup> || **58.** 10 in vanum — cucurrerit: *Gal. 2, 2.*

ea, large perfruitus est, hic contemnit omnes voluptates, quae pariuntur ex irascibilitate.

64. Qui concupiscit terrena, aut escas concupisicit, quae procurant, quae sub ventre sunt, aut humanam gloriam, | aut R 35<sup>v</sup> opes, aut aliquid aliud eorum, quae haec subsequentur; et nisi quicquam melius inveniat mens, super quod concupiscentiam A 37<sup>v</sup> transferat, non haec contemnere in finem acquiescit. Melius autem his incomparabiliter Dei notitia et divinorum existit.

65. Qui voluptates contemnunt, aut timore contemnunt, aut spe, vel notitia et in Deum dilectione.

66. Scientia divinorum, quae est sine affectu, non persuadet menti in finem contemnere materialia, sed similis est cogitationi subtili rei sensibilis. Propter quod multos contingit inveniri hominum scientiam habentes multam, qui in carnis vitiis instar pecorum in caeno versantur. Ad modicum enim ex diligentia mundati et scientiam adepti, postea negligentes, assimilati sunt Sauli, qui regno dignus habitus et indigne conversatus, cum ira terribili ex eo abiectus est.

67. Sicut subtilis humanarum rerum cogitatio non compellit mentem contemnere divina, ita neque scientia divinorum persuadet in finem contemnere humana; eo quod in umbris nunc existit et existimationibus veritas. Et ideo indiget beata affectione sanctae caritatis, quae connectit mentem spiritualibus contemplationibus et persuadet praehonora | re materialibus immaterialia, et sensibilibus intelligibilia | et divina. R 36 A 37<sup>v</sup>

68. Non omnino qui vitia excidit et subtile cogitationes est operatus, iam haec ad divina vertit, sed potest neque circa humana discerni, neque circa divina; quod contingit in activis solum, et qui nondum scientiam meruerunt, et aut timore supplex, aut spe regni a vitiis abstinent.

69. *Per fidem ambulamus non per speciem;* et in speculis scientiam habemus et aenigmatibus. Idecirco multa indigemus in eis vacatione, <ut> diurna horum meditatione et exercitatione habitum immutabilem cogitationum faciamus.

70. Si ad modicum vitiorum causas excidentes, spiritualibus vacaverimus contemplationibus, non autem in eis semper immoremur, hoc ipsum habentes opus, facile rursus ad carnis vitia con-

66. 4/5 qui — versantur : 2 Petr. 2, 22. || 69. 1 Per fidem — speciem : 2 Cor. 5, 7. || 2 multa "in eis "indigemus A || 3 ut addidi: ita M.

vertimur : nihil aliud inde fructus consecuti, quam nudam scientiam cum opinione, cuius finis est sive ipsius scientiae paulatim obtenebratio, aut omnimoda mentis ad materialia conversio.

**71. Affectus caritatis vituperabilis est mentem materialibus**

A 38<sup>r</sup> rebus vacare : passio caritatis laudabilis est et divinis eam con-nectere. Solet enim mens, quibus immoratur rebus, in eis et dilata-R 36<sup>r</sup> tari ; in quibus autem dilatatur, in eis concupiscentiam et dilectionem vertere, sive in divinis et intelligibilibus, sive in car-nis rebus et vitiis.

**72. Deus creavit invisibilem mundum et visibilem ; et ani-mam et corpus manifestum est, quod ipse fecit. Et si visibilis mundus talis est bonus, qualis, putas, est invisibilis ? Quodsi melior hoc ille, quantum supra duos, qui hos creavit, Deus ? Si igitur melior est omnibus, quae facta sunt, conditor bonorum, qua ratione mens dimittit, quod omnibus melius est, et his, quae sunt omnibus peiora, vacat ? videlicet carnis vitiis. Pro certo in hoc, quod ex nativitate conversata et consueta, illius autem omnibus melioris et super omnia, nondum perfectum accepit experimentum ? Si igitur diuturna exercitatione continentiae volu-ptatum et divinorum meditatione paulatim eam habitatione abrumpimus, dilatatur in divinis sensim proficiens, et propriam noscit dignitatem ; et novissime totum desiderium ad divina transfert.**

**73. Qui sine vitio dicit peccatum fratris, secundum duas causas dicit : aut ut illum corrigat, aut ut alii prosit. Quodsi A 38<sup>r</sup> absque his dicit sive illi, sive alii, improperans aut detrahens ei dicit, et non effugiet divinam derelictionem, sed aut in eandem, aut aliam culpam prorsus incidet, et ab aliis redargitus et R 37<sup>r</sup> exprobratus confundetur.**

**74. Non una ratio est eorum, qui idem peccatum secundum operationem peccant, sed diversae. Verbi gratia : aliud est ex ha-bitu peccare et aliud secundum surreptionem, qui neque ante peccatum habuit cogitationem, neque post peccatum, sed et ni-mium super facto dolet. Qui vero ex habitu, e-contrario : et primum enim secundum cogitationem non quiescebat peccare, et postquam egit, eiusdem est affectus.**

**74. 2 post diversae om. Verbi gratia R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || 5**  
Qui "ex habitu" vero A || 5/6 non quiescebat secundum cogitationem peccare R.

75. Qui vana gloria virtutem exequitur, liquet, quia et scientiam propter vanam gloriam exequitur. Qui autem eiusmodi est, neque ad aedificationem profecto agit aliquid aut disserit, sed in omnibus ab his, qui vident vel audiunt, gloriam captat. Arguitur autem vitium, quando aliqui praedictorum operibus aut verbis illius vitium inferunt, et super hoc valde tristatur; non eo quod illi non aedificantur, neque enim hoc habebat in intentione, sed propterea quod ipse exprobretur.

76. Cupiditatis vitium hinc arguitur, dum gaudet | accipere, A 39<sup>r</sup> tristatur tribuere. Non potest autem huiusmodi dispensatorius esse.

77. Propter haec aliquis patiens sustinet: aut propter dilectionem Dei, aut propter spem reddendae mercedis, aut propter timorem supplicii, aut propter timorem hominum, aut propter naturam, aut propter | voluptatem, aut propter lucrum, aut R 37<sup>v</sup> propter vanam gloriam, aut propter necessitatem.

78. Aliud est a cogitationibus immutari, aliud a vitiis liberari. Et multoties quisquam a cogitationibus immutatur, non praesentibus rebus illis, circa quae vitia possidet: absconsa sunt autem vitia in anima, et apparentibus rebus arguuntur. Oportet autem servare mentem in rebus, et nosse circa quae habet vitium.

79. Amicus est ille praecordialis, qui occupationis tribulationes et necessitates atque calamitates in tempore temptationis simul suffert cum proximo, sicut proprias, sine tumultu et sine turbatione.

80. Ne in honores conscientiam optima tibi semper consulenter. Admonitionem enim divinam et angelicam tibi suggerit, et ab occultis cordis pollutionibus liberat et fiduciam ad Dominum in exitu vitae donat.

81. Si vis fieri admonitionis admissor et mediocris | et opinionis vitio non servire, semper in his quaere, quod sit absconditum tuae scientiae. Et invenies plurimum te latentia, miraberis super inscitia tua et intrahes sensum; et temetipsum cognoscens, intelli-

75. 4 vel] et R, sed supra versum add. vel R<sup>2</sup> || 7 post aedificantur om. neque enim hoc habebat in intentione R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || 77. 4 propter ante voluptatem add. in margine R<sup>2</sup> || 4 post lucrum om. aut propter vanam gloriam R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || 78. 2 ante cogitationibus om. a R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || 3 post absconsa om. sunt R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || 80. 1/2 "consulentem" semper R || 81. 1 post mediocris om. et R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || 4 post cognoscens om. intelliges R, sed in margine add. R<sup>2</sup>.

ges multas et magnas et mirabiles res. Quoniam putare scire, non sinit proficere in scire.

R 38<sup>r</sup> 82. Hic diligenter vult salvari, qui medicinalibus antidotis non resistit. Haec autem sunt dolores et tristitia, quae per diversas illationes inducuntur. Qui vero resistit, nescit quid hic meretur, neque quid hinc utilitatis consecutus habebit.

83. Vana gloria et avaritia alterutrum sunt generativae. Cenodoxiae enim dediti sunt divites; qui vero sunt divites, vane gloriantur, sed sicut mundani: quoniam monachus sine possessione magis vane gloriatur. Pecuniam autem habens, abscondit eam erubescens, sicut habens rem habitui inconvenientem.

A 40<sup>r</sup> 84. Vanae gloriae monachi proprium est super virtute vane gloriari, et his quae haec sequuntur; superbiae vero eius in virtutum exercitationibus extolli et exprobrare caeteros, et sibimet haec et non Deo ascribere. Mundani autem vanae gloriae et superbiae proprium | super decore ac divitiis et potentia et prudentia vane gloriari et extolli.

R 38<sup>r</sup> 85. Mundanorum virtutum executiones ruinae sunt monachorum; et monachorum virtutum executiones ruinae sunt mundanorum. Verbi gratia, mundanorum ostentationes sunt: divitiae et gloria et potentia et deliciae et corpulentia et fecunditas, et quae sequuntur haec: in quae cum venit monachus, perditus est. Monachi vero perfectiones sunt: nuditas, adoxia, impotentia | et continentia et malipassio, et quae sequuntur haec: in quae veniens amicus mundi, ruinam arbitratur magnam, et anxiatur etiam nece uti; quidam autem usi sunt.

86. Escae propter duas causas creatae sunt: nutrimenti gratia et procurationis. Qui igitur praeter has communicant eis, velut abutentes a Deo datis in usum, sicut deliciis ferventes, condemnantur. In omnibus quoque rebus abusio est peccatum.

A 40<sup>r</sup> 87. Humile sapere est continua oratio cum lacrimis et dolore. Haec enim Deum semper in auxilium invocans, in propria virtute et sapientia imprudenter confidere non sinit, neque super aliis extolli, quae sunt saevi | languores vitii superbiae.

83. 1 generativae correxi: generativa A: generantia R, sed supra versum add. v R<sup>2</sup> || 84. 2 post virtutum om. exercitationibus R, sed in margine add. R<sup>2</sup> || 85. 3 ostentationes divitiae sunt A || 5 venit] venerit R || 8 ruinam "magnam" arbitratur R || 86. 1 nutrimenti 'et' procurationis 'gratia R || 2 Qui "praeter has" igitur A || 4 abusio peccatum est R || 87. 1 oratio continua A.

88. Aliud est pugnare pura cogitatione, ut non moveat vitium, et aliud est vitiosa pugnare, ut non fiat consensus. Ambo vero modi non sinunt tardare cogitationes.

89. Tristitia odio coniuncta est. Quando igitur mens faciem fratris cum tristitia speculatur, liquet odium habere ad illum : Viae autem odiosorum in mortem, eo quod omnis odiosus iniquus.

90. Si tu quidem odisti quemquam, ora pro illo, et sistens vitium motus, separa tristitiam per orationem ex memoria mali, quod tibi fecit. Caritativus autem factus et humanus, omnimode vitium ex anima extirpabis. | Si vero alias te odit, munificus R 39 esto ad illum et humilis et invitans commorare, et immutabis eum a vitio.

91. Invidentis tristitiam labore sistes : calamitatem enim arbitratur illud, cui in te invidetur ; et non possibile aliter sistere, nisi aliquid absconderis ab eo. Quodsi multis quidem prodest, illum autem contristat, quam partem magni pendes? Necessarium igitur est id fieri, quod ad multorum spectat utilitatem, et illum secundum | posse non negligere ; neque cum vitii malignitate maerore R 41<sup>r</sup> gravare, tamquam non passionem, sed eum qui patitur, punias, sed humilitate arbitrari illum excellere temetipsum, et in omni tempore et loco et re honorare eum. Invidiam vero tuam potes 10 sistere, si quibus gaudet is, cui a te invidetur, congaudeas, et in quibus tristatur et ipse contristeris, complens illud apostoli : *Gaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus.*

92. Mens nostra media est duorum quorundam unoquoque propria operante : hoc quidem virtutem, illo vero malitiam, hoc est : angeli et daemonis. Potestatem autem habet mens et virtutem, cui vult obsequi, sive resistere.

93. Sanctae autem Virtutes hortantur nos ad bona : naturalia vero semina et bona deliberatio adiuvant nos : daemonum autem suggestiones vitia et mala deliberatio | constituunt. R 39<sup>r</sup>

94. Mundam mentem aliquando ipse Deus ei superveniens docet, aliquando vero sanctae Virtutes bona sugerentes, aliquando vero natura rerum, dum consideratur.

95. Oportet mentem, quae meruit scientiam, | et intellectus A 41<sup>r</sup>

88. 2 vitiosa correxi: vitioso A R || 89. 3 Viae — iniquus : *Prov. 12, 28.; 21, 24.* || 3 odiosus iniquus R, *sed supra versum add.* et R<sup>2</sup>: odiosus et iniquus A || 91. 9 eum A : illum R, *sed supra versum add.* eum R<sup>2</sup> || 11 post tristatur om. et R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || 12 Gaudere — flentibus : *Rom. 12, 15.* || 12 post gaudentibus om. et R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup>.

rerum servare sine vitio, et contemplationes cautas et orationis institutionem sine perturbatione. Non potest autem hanc semper scilicet servare, dum ex carnis redditionibus per daemonum insidias suffumigatur.

96. Non per quae tristamur, per ea et irascimur. Abundant enim ea, quae tristitiam faciunt, plus quam ea, quae iram. Verbi gratia : fractum est istud, perditum est hoc, mortuus est talis. Propter huiusmodi enim et contrastamur et irascimur in philosophice dispositi.

97. Mens admittens rerum intellectus, ad unumquemque intellectum transfigurari solet. Considerans autem hoc spiritualiter, ad unamquamque contemplationem varie transformari. In Deo autem posita sine forma prorsus et sine figura fit. Eum autem contemplans, qui uniformis est, uniformis fit et tota lucida.

98. Anima est perfecta, cuius passiva virtus Dei nutui per omnia dedita est.

99. Mens est perfecta, quae per veram fidem, eum qui est R 40<sup>r</sup> supernoscibilis, supernoscibiliter super | novit, et eius conditionum ea, quae sunt universalia, et Providentiae, quae est in eis, A 42<sup>r</sup> et iudicii contentivam scientiam | a Deo accepit, sicut hominibus videre licet.

100. Trifariam dividitur tempus ; et fides quidem iuxta tria extenditur ; spes autem ad unum, caritas vero ad duo. Et fides quidem et spes usque ad aliquid, caritas autem in immensa saecula ei, qui est immensus, superunita et semper supercrescens permanet. Et idcirco : Maior omnibus caritas.

## HECATONTAS QUARTA.

1. Primum quidem miratur mens divinam intuens secundum omnia immensitatem, et illud intransmigrabile et multum desiderabile pelagus. Secundo vero percellitur, quomodo ex non esse eorum quae sunt, in esse produxit existentiam. Sed sicut magnitudinis eius non est finis, ita neque prudentiae ipsius est adinventio.

96. 4 post huiusmodi om. enim R, sed supra versum add. R<sup>2</sup> || 97. 1 post admittens om. rerum A, sed supra versum add. A<sup>2</sup> || 100. 5 Maior — caritas : 1 Cor. 13, 13.

*Titulus:* Hecatontas quarta.] Hecatontas IV hinc. R || 1. 2 intransmigrabile *conieci*: intransmigrabile A R || 4/5 magnitudinis — finis : *Psal. 144, 3.* || 5 ita — adinventio : *Baruch 3, 18.*

2. Quomodo enim non miretur innavigabile illud contemplans et supra stuporem benignitatis pelagus? Aut quomodo non obstopescit animadvertisens, quomodo aut unde rationalis et intellectualis facta est substantia, et quattuor elementa, ex quibus corpora, cum nulla materia perexstitit horum generationis? | Qualis autem A 42<sup>r</sup> potentia illa, quae ad operationem mota, haec in esse produxit? Sed haec gentilium pueri non suscipiunt, ignorantes omnipotentem benignitatem et efficientiam eius et supra sensum sapientiam R 40<sup>r</sup> et scientiam.

3. Ex aeterno conditor existens Deus, quando vult, condit Verbo consubstantiali et Spiritu propter immensam benignitatem. Et ne dicas: Qua ratione nunc condidit semper bonus existens? quoniam et ego tibi dico, quia immensae substantiae investigabilis sapientia humanae non subiacet notitiae.

4. Ex aeterno in semetipso conditur eorum quae sunt praexistere scientiam, quando voluit, essentiavit et promisit. Absurdum est super Deo omnipotente haesitare, si possit quicquam essentiare, quando vult.

5. Propter quam quidem causam Deus condidit, quaere: est enim. Quomodo vero, vel quare recenter, ne quaeras: non est enim quod tuae menti subiaceat, quia divinorum alia quidem sunt comprehensibilia, alia vero incomprehensibilia sunt hominibus. Contemplatio autem effrenis in praecipitum depelleret, ut ait quidam sanctorum.

6. Quidam aiunt simul insistere ex aeterno Deo | ea, quae A 43<sup>r</sup> sunt condita, quod impossibile est. Quomodo enim ei, qui prorsus est immensus, ea quae per omnia sunt terminata, simul existere possint ex aeterno, aut quomodo proprie condita essent coaeterna conditori? Sed haec ratio gentilium est, qui substantiae quidem nequaquam, qualitatum autem solum Deum conditorem introducunt. Nos vero, qui | omnipotentem volumus Deum, non solum R 41<sup>r</sup> qualitatum, sed et substantiarum factarum conditorem eum dicimus. Quodsi hoc est, non ex aeterno sunt simul existentia Deo condita.

2. 2 obstupescit] obstupescat R, sed supra versum add. i R<sup>2</sup> || 6 post operationem add. non A<sup>2</sup> || 3. 2 propter] ipsam R, sed in margine add. propter R<sup>2</sup> || 2 post Spiritu om. propter A, sed supra versum add. A<sup>2</sup> || 4 investigabilis A, sed supra versum add. bi A<sup>2</sup> || 5. 2 post Quomodo om. vero R || 5/6 Gregorius Naz.: Orat. 38. et 45. (= Migne: PG. 35. c. 323., 638.) || 6. 4 possint R, sed supra versum add. u R<sup>2</sup>: possunt A || 7 post non om. solum A, sed supra versum add. A<sup>2</sup> || 8 post sed om. et A, sed supra versum add. A<sup>2</sup>.

7. Secundum quiddam quidem est notum divinum et divina, secundum quiddam vero incognitum. Et notum quidem contemplationibus circa illud, incognitum autem his, quae sunt secundum illud.

8. Ne habitus et affectiones quaeras in simplici et immensa substantia sanctae Trinitatis, ut non compositam eam facias, sicut creature: quod absonum est et nefarium in Deo intel-ligere.

9. Sola simplex est et uniformis et sine qualitate et placida et sine seditione immensa substantia, et omnipotens et conditoria omnium. Omnis autem creatura composita existit ex substantia A 43<sup>r</sup> et accidenti, et indigens | semper divinae Providentiae, sicut conversionis non libera.

10. Omnis intellectualis substantia et sensibilis acceperunt virtutem a Deo in esse productae susceptivam eorum, quae sunt: intellectualis quidem intellectus, sensibilis vero sensus.

11. Deus quidem participatur solum, creatura vero et parti-cipat et partitur. Et participat quidem esse et bene esse; imper-titur autem bene esse solum: sed aliter quidem corporea, aliter vero incorporea substantia.

12. Incorporea quidem substantia et dicens et agens et R 41<sup>v</sup> contemplans | bene esse partitur, corporea vero contemplans solum.

13. Semper quidem esse aut non esse rationalem et intel-lectualem substantiam, in consilio est eius, qui omnia bona con-didit; quod autem haec bona sint secundum deliberationem aut mala, in voluntate eorum, quae facta sunt, existit.

14. Non circa substantiam eorum, quae facta sunt, malum consideratur, sed circa culpabilem et irrationabilem motum.

15. Rationabiliter movetur anima, quando concupiscibile quidem eius continentia imbuitur, irascibile vero caritatem susci-pit, odium avertens: rationale vero ad Deum pergit per oratio-nem et contemplationem spiritalem.

A 44<sup>r</sup> 16. Nondum habet perfectam caritatem, neque divinae Pro-videntiae secundum profundam scientiam, qui in tempore tempta-

7. 3 post secundum *om.* illud R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || 10. 2 "in esse a "Deo R || 11. 1 participatur] principatur R || 12. 2 con templans] contemplans delevit A, *sed supra versum add.* agens A<sup>2</sup> || 13. 1 aut] et R, *sed supra versum add.* aut R<sup>2</sup>.

tionis non est longanimis in contingentibus tristitiis, sed excidit semetipsum a spiritualium fratum caritate.

17. Intentio divinae Providentiae est eos, qui sub nequitia varie discissi sunt, per rectam fidem et spiritalem caritatem unire. Siquidem propterea passus est Salvator, *ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum*. Qui vero non tolerat molesta, neque fert tristia, neque sustinet imminentia, extra divinam caritatem et intentionem Providentiae ambulat.

18. Si caritas est patiens | et benigna, qui pusillanimis est in R 42<sup>r</sup> contingentibus tristitiis et ideo malignatur in eos, qui se contristaverunt, et a caritate ad eos semetipsum excidit, quomodo ab intentione divinae Providentiae non excidit?

19. Attende tibi ipsi, ne umquam malitia, quae te separat a fratre, non in fratre, sed in te inveniatur, et stude ei reconciliari, ne a mandato caritatis excidas.

20. Ne contemnas mandatum dilectionis, quia per illud A 44<sup>r</sup> filius Dei eris, quod transgrediens filius gehennae invenieris.

21. Quae separant ab amicorum caritate sunt haec: non videre vel non videri, damnum inferre vel pati damnum, inhonore vel inhonorari, et cogitationes, quae sunt ex suspicione. Ne umquam igitur cum perpetraveris aliquid horum, aut passus sis, propter hoc ab amici caritate separeris.

22. Contingit tibi temptationis ex fratre, et tristitia te in odium duxit. Ne vincere sub odio, sed vince in caritate odium. Vinces autem modo huiusmodi: orans pro eo praecordialiter ad Deum, defensionem eius suscipiens, aut per hanc illum curans et tempestipsum causam temptationis existimans, et existens longanimus quousque nubes pertranseat.

23. Longanimus est, qui finem expectat temptationis R 42<sup>r</sup> et gloriacionem perseverantiae opperitur.

24. Vir longanimus multus in prudentia, quia omnia contingentia in finem differt, et illum expectans, sustinet tristia. Finis autem est vita aeterna secundum divinum Apostolum. Haec est autem vita aeterna: ut cog noscant te, solum verum Deum, A 45<sup>r</sup> et quem misisti, Iesum Christum.

17. 3/4 ut — in unum: *Ioan. 11, 52.* || 18. 1 Si — benigna: *1 Cor. 13, 4.* ||

21. 1 caritate] caritare A || 23. 1 qui] is R || 2 gloriacionem R: gloriatio A, sed supra versum add. nem A<sup>2</sup> || 24. 1 Vir — prudentia: *Prov. 14, 29.* ||

2/3 Finis — aeterna: *Rom. 6, 22.* || 3 Haec autem est A || 3/5 Haec — Christum: *Ioan. 17, 3.*

25. Ne facilis sis in amissione spiritalis caritatis, eo quod alia via salutis non est relicta hominibus.

26. Ne illum, qui heri spiritalis erat frater et studiosus, propter odium, quod in te generatum est hodie ex incursu maligni, iudica malum aut nequam : sed per patientem caritatem hesterna bona cogitans, hodiernum odium ex anima abice.

27. Ne illum, quem laudabas heri sicut bonum et celebrabas ut studiosum, hodie velut malum et malignum maledicas propter tuam ex dilectione in odium transmutationem, fratris vituperium odii, quod in te est, defensionem faciens : sed eisdem laudibus instans, licet adhuc sub tristitia detentus sis, in eandem caritatem facile reverteris.

28. Ne consuetam fratris laudem propter absconditam adhuc in te tristitiam in reliquorum fratum colloquio adulteres, interse-  
rens verbis contingenter vituperium : sed munda laude utere in  
R 43<sup>r</sup> colloquio et praecordialiter | pro eo sicut pro temetipso ora,  
et a perniciose odio citissime immutaberis. 5

29. Ne dicas : Non odi fratrem, dum memoriam illius avertis, |  
A 45<sup>r</sup> sed audi Moysen dicentem : *Ne oderis fratrem tuum in mente tua, sed arguione argues fratrem tuum et non accipies propter eum peccatum.*

30. Quamvis frater instet maledicens te, sed tunc tu ne abducaris ex caritativa institutione, eundem malignum daemonem sustentans, molestantem per cogitationem. Non autem abduceris ex hac, si cum malediceris, benedicas, cum imfamaris, bene dif-  
fames ; si cum insidias pateris, gratus existas. Haec est via philo- 5 sophiae, quae est secundum Christum ; qui hanc non ambulat, non commorabitur cum eo.

31. Ne sicut grata aestimes verba tibi ferentia tristitiam in te et odium ad fratrem operantia, etsi vera dicere videantur ; sed sicut perniciosos serpentes huiusmodi averseris ut et illos a maledicendo intercidas et tuam ipsius animam a nequitia liberes.

32. Ne verbis per aenigmata fratrem perurgeas, ne similia ab eo recipiens, caritatis affectum ex utrisque abigas : sed cum fiducia caritativa argue illum, ut causas tristitiae solvens, turbatione et tristitia utrosque liberes.

27. 1 post heri *om.* sicut R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || 4 quod est in te A || 28. 3/4 in colloquio utere A || 29. 2/3 Ne — peccatum : *Levit. 19, 17.* || 30. 4 benedicas R, *sed supra versum add.* i R<sup>2</sup> : benedicis *om.* A, *sed supra versum add.* A<sup>2</sup> || 31. 1 grata . . . ferentia correxi: gratos . . . ferentes A R || 32. 2/3 sed — illum : *Matth. 18, 15.*

**33.** Scrutare conscientiam cum omni diligentia, ne | forte A 46<sup>r</sup> causa tua frater non sit recon*ciliatus*; et ne levipendas hanc R 43<sup>v</sup> occulta tua cognoscentem et accusantem te in tempore exitus, in tempore quoque orationis offendiculum tibi factam.

**34.** Ne memineris in tempore pacis eorum, quae in tempore tristitiae a fratre sunt dicta, etsi in faciem tristia dicta sint, velut ad alium de te et post audieris, ut non cogitationem odii sustinens, in perniciosum odium fratris revertaris.

**35.** Non potest anima rationalis ad hominem odium nutriendis ad Deum pacem habere mandatorum datorem. *Si enim, inquit, non dimiseritis hominibus peccata eorum, neque Pater vester caelestis dimittet vobis peccata vestra.* Quodsi ille pacificari non vult, tu tamen temetipsum ab odio custodi, orans pro eo praecordialiter et non detrahens ei apud quemquam.

**36.** Sanctorum angelorum ineffabilis pax duobus istis firmata est affectibus: ea dilectione, quae est ad Deum, et ea, quae ad invicem. Similiter et omnium sanctorum, qui a saeculo sunt. Pulcherrime igitur dictum est a Salvatore nostro, quia:

*5 In his duobus mandatis tota lex pendet et prophetae.*

**37.** Ne sis tibi placens et non eris fratris osor: et ne sis A 46<sup>v</sup> tui amans et eris amicus Dei.

**38.** Qui deliberasti vivere cum spiritualibus, tuis voluntatibus a ianuis domus tuae abrenuntia. Non enim *alio modo pacem R 44<sup>r</sup>* habere poteris, neque ad Deum, neque ad hos cum quibus vivis.

**39.** Qui perfectam caritatem possidere potuit et totam vitam suam ad hanc composuit, hic dicit Dominum Iesum in Spiritu sancto. Et e-contra contraria procul dubio.

**40.** Caritas quidem in Deum et in divinam sermocinationem semper amat alare mentem: ea vero quae est in proximum, semper bona de eo cogitare praeparat.

**41.** Cum qui vanam gloriam diligit, aut cuiquam materialium adiacet, contingit erga homines contrastari propter temporalia, aut meminisse mali, aut odisse illos, aut cogitationibus servire turpibus; animae vero amicae Dei omnino sunt haec aliena.

**33.** 2 causa tua "non sit "frater R || **35.** 2/4 Si — vestra: *Matth. 6, 15.* || **36.** 5 In his — prophetae: *Matth. 22, 40.* || **39.** 2/3 hic — sancto: *1 Cor. 12, 3.* || **40.** 2 alare A, sed supra versum add. e A<sup>2</sup>: alere R || 2 in] qd R, sed supra versum add. in R<sup>2</sup> || 3 praeparat] parat R, sed supra versum add. p[re] R<sup>2</sup>.

**42.** Cum nihil dixeris, neque egeris turpe secundum cogitationem, et eum, qui tibi damnum intulit, aut detraxit, non oderis, et quando in tempore orationis immateriale et sine specie semper habes mentem, tunc cognosce, quia pertigisti in mensuram A 47<sup>r</sup> impassibilitatis | et perfectae caritatis. 5

**43.** Non parvum certamen est a vana gloria immutari. Immutatur autem quisquam per occultam virtutum operationem et crebriorem orationem. Signum autem immutationis est non amplius odisse eum, qui detraxit aut detrahit.

R 44<sup>v</sup> **44.** Si vis esse | iustus, distribue unicuique, quae sunt in te partium quae sunt secundum dignitatem : animae dico et corpori. Et rationali quidem ingenio animae lectiones et contemplationes spiritales et orationem ; irascibili vero caritatem spiritalem odio oppositam ; concupiscibili autem sobrietatem et continentiam ; carneo vero victum et cooperimenta, quae solum sunt valde necessaria.

**45.** Secundum naturam mens operatur, quando vitia habet subdita, et rationes eorum, quae sunt, considerat et ad Deum pergit.

**46.** Sicut sanitas et aegritudo circa corpus consideratur animalis, et lux ac tenebrae circa oculum : sic virtus ac vitium circa animam, et scientia et inscitia circa mentem.

A 47<sup>r</sup> **47.** In his tribus Christianus philosophatur : in mandatis, in dogmatibus et in fide. Et mandata quidem | a vitiis mentem separant, dogmata vero in scientiam eorum, quae sunt, eam inducent, fides in contemplationem sanctae Trinitatis.

R 45<sup>r</sup> **48.** Eorum qui certant, alii quidem retrudunt solum vitiosas cogitationes, alii vero et ipsa vitia resecant. Quae repellit quidem aliquis, verbi gratia : aut psalmodia, aut oratione, aut separatione, vel alia quavis amara occupatione. Resecat autem vitia, qui con-

temnit res | illas, circa quas ea possidet. 5

**49.** Res circa quas vitia possidemus, sunt hae, verbi gratia : mulier, opes, gloria, et quae deinde. Et mulierem tunc poterit quisquam contemnere, quando et post recessum et corpus, ut oportet, per continentiam macerat ; opes autem, quando persuase-

**44.** 3 ingenio *correxi*: et gentum A<sup>2</sup>: ingenium R || **45.** 1 quando "habet" vitia R || **47.** 2 "mentem" a vitiis R || 3 scientiam] scientia R || **48.** 1 Eorum] Horum A || 3 separatione] sparitione A, sed supra versum add. e ra A<sup>2</sup> || **49.** 2 post gloria om. et quae deinde R, sed in margine add. R<sup>2</sup>.

5 rit cogitationi in omni sufficientia ordinatam esse; gloriā vero, quando occultam dilexerit virtutum operationem et Deo soli apparet, et in aliis similiter. Qui autem haec contemnit, neque in odium cuiusquam venit umquam.

50. Qui rebus quidem abrenuntiavit, verbi gratia: mulieri, opibus et his, quae deinde, exteriorem | hominem fecit monachum, A 48<sup>r</sup> nondum autem et interiorem. Qui vero vitiosis horum intellectibus, interiorem hominem, qui est mens. Et exteriorem quidem hominem, 5 facile quisquam facit monachum, solum si voluerit: non paucum autem certamen est interiorem hominem facere monachum.

51. Quis ergo est in hac generatione, qui ab omnimodis immutatus sit vitiosis intellectibus, et meruerit puram per omnia et immateriale orationem, quod est signum eius, qui intus est monachi?

52. Multa vitia in animis nostris abscondita sunt, tunc autem arguuntur, quando res apparent.

53. Po | test aliquis non molestari a vitiis in rerum R 45<sup>v</sup> absentia, particularem adeptus impassibilitatem; si vero apparuerint res, illico vitia mentem occupant.

54. Ne putas perfectam habere impassibilitatem rei non praesentis. Cum autem apparuerint et manseris immobilis et circa rem. et circa memoriam eius post haec, tunc cognosce te ipsum terminos eius ascensisse. Verumtamen nec sic quidem contemnas, 5 eo quod virtus quidem diu manens, mortificat vitia; cum autem negligitur, iterum suscitat ea.

55. Qui diligit Dominum, omnino et imitatur eum secundum A 48<sup>v</sup> posse. Verbi gratia: Christus hominibus beneficia praestans, non quievit, et cum ingrati existerent et cum blasphemarent eum, longanimis erat, et cum percuteretur ab eis et occideretur, sustinebat, nulli ex toto malum cogitans. Haec autem sunt tria opera caritatis in proximum, sed qui dicit se diligere Deum et hinc regnum eius adipisci, semetipsum seducit: *Non enim qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum; sed qui facit voluntatem Patris mei.* Et iterum: *Qui diligit me, mandata mea servabit,* et quae deinceps.

8 cuiusquam] cuius R, *sed supra versum add.* quam R<sup>2</sup>: cuius A || 50.2 post et om. his R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || 51. 2 post omnia om. et R, *sed supra versum add.* R<sup>2</sup> || 54. 3 post cognosce om. te ipsum R, *sed in margine add.* R<sup>2</sup> || 4 eius] eius te R || 55. 1 Dominum, omnino et imitatur] Deum, omnino imitatur R, *sed supra versum add.* n et R<sup>2</sup> || 3 post blasphemarent om. eum A || 7/9 Non enim — mei: *Math. 7, 21.* || 9 Qui — servabit: *Ioan. 14, 15.*

**56.** Universa intentio mandatorum Salvatoris est, ut ab R 46<sup>r</sup> intemperantia et odio mentem liberet, et in sui | et proximi dilectionem ducat; ex quibus paritur splendor scientiae secundum operationem.

**57.** Particulari scientia a Deo dignus habitus, ne negligere caritatem et continentiam. Hae enim passibilem partem animae emundantes, ad scientiam tibi viam semper expedient et ad Deum.

**58.** Via adversus scientiam est impassibilitas et humiliatio, sine quibus nullus videbit <Dominum>.

A 49<sup>r</sup> **59.** Quandoquidem *scientia inflat, caritas autem aedificat*, coniunge scientiae caritatem et eris sine fastu et spiritualis aedificator: et temetipsum aedificans et appropiantes tibi.

**60.** Hinc caritas aedificat, quoniam non invidet, neque contra invidentes amaricatur, neque id cui invidetur, divulgat ostentative, neque existimat seipsum iam comprehendisse; et eorum quae non novit, confitetur sine rubore ignorantiam. Sic igitur mentem sano statu perficit, et proficere in scientiam semper praeparat. <sup>5</sup>

R 46<sup>v</sup> **61.** Solet quodammodo subsequi scientiam opinio et invidia, in exordiis maxime. Et opinio quidem intrinsecus tantum, invidia vero et intrinsecus et extrinsecus. Et intrinsecus quidem ad eos, qui habent scientiam, extrinsecus vero ab his, qui habent. Caritas igitur haec tria | repellit: opinionem quidem, quoniam non inflatur; invidiam autem quae intrinsecus, quoniam non aemulatur; eam vero quae extrinsecus, quoniam longanimis est et benigna. Necesse est igitur eum, qui habet scientiam, assumere et caritatem, ut insauiciatam mentem in omni custodiat.

A 49<sup>v</sup> **62.** Qui charisma scientiae meruit et tristitiam vel odium | circa hominem habet, similis est ei, qui per spinas et tribulos oculos pungit. Propter quod necessario indiget scientia caritate.

**63.** Ne totam vacationem tuam circa carnem habeas, sed determina illi exercitationem secundum posse, et totam mentem

**56.** 2 post liberet et om. in sui R, sed *infra versum add.* R<sup>2</sup> || 57. 3 ante Deum om. ad A || **58.** 1/2 Via adversus scientiam est impassibilitas et humiliatio, sine quibus nullus videbit *correxi*: Quid aversis, scientia est impassibilitas et humiliatio, sunt quibus nullis videbit A R || 2 sine — Dominum: *Hebr. 12, 14.* || 2 Dominum *addidi*: *Kόρον M* || **59.** 1 scientia — aedificat: *1 Cor. 8, 1.* || 2 "caritatem "scientiae A || **60.** 3 neque — comprehendisse: *Philipp. 3, 12.* || **61.** 4 ab his] ad eos R, sed *supra versum add.* ab his R<sup>2</sup> || 4 post qui add. non R || 5/8 quoniam — benigna: *1 Cor. 13, 4.* || **62.** 3 oculos pingit A: oculūm pungit R, sed *supra versum add.* os R<sup>2</sup> || **63.** 2 et] sed R, sed *supra versum add.* et R<sup>2</sup>.

tuam circa ea, quae sunt intus, verte : *Corporalis enim exercitatio ad modicum est utilis; pietas autem ad omnia est utilis*, et quae  
5 deinceps.

**64.** Qui sine intermissione circa ea, quae sunt intus, demorations facit, sobrie agit, longanimis est, et benignus est, humile sapit. Non solum autem, sed contemplatur et theologizat et orat. Et hoc est, quod dicit Apostolus : *Spiritu ambulate*, et caetera.

**65.** Qui spiritali via ambulare nescit, vitiosorum intellectum non facit sollicitudinem, sed totam vacationem circa carnem habet et gastrimargiae deditus est et lascivit et | tristatur et irascitur et odit, et hinc mentem obtenebrat ; vel immoderata exercitatione utitur, et turbidam reddit cogitationem. R 47<sup>r</sup>

**66.** Nihil eorum, quae ex Deo nobis in usum data sunt, intermit Scriptura, sed immoderationem punit et irrationalitatem dirigit. Verbi gratia: non prohibet comedere, neque filios generare, neque opes habere et recte administrare, sed prohibet ingluviem ventris et fornicari, et caetera. Sed neque intelligere haec prohibet, propter hoc enim facta sunt, sed vitiouse intelligere. A 50<sup>r</sup>

**67.** Eorum quidem quae secundum Deum a nobis aguntur, alia secundum mandatum aguntur, alia vero non secundum mandatum, ac si quisquam dicat, secundum voluntariam oblationem. Verbi gratia: secundum mandatum quidem diligere Deum et proximum, non moechari, non occidere, et reliqua, quae et praevaricantes condemnamus. Non secundum mandatum autem: virginitatem servare, non nubere, nuditas, recessio, et quae deinde. Haec donorum rationem obtinent, ut si quaedam mandatorum exequi ex infirmitate non possumus, per donum benignum nostrum 10 propitium reddamus Dominatorem.

**68.** Qui agamiam honorat aut virginitatem, | necessario R 47<sup>r</sup> debet habere lumbos praecinctos et lucernam ardentem per orationem et contemplationem et caritatem spiritalem.

**69.** Quidam fratrum extra sancti Spiritus dona semetipsos putant. Non enim neverunt propter negligentiam | operationem A 50<sup>r</sup> mandatorum Dei, quia qui in Christum fidem inadulteratam habet,

3/4 Corporalis — utilis : *1 Tim. 4, 8.* || **64.** 4 Spiritu ambulate : *Gal. 5, 16.* || **65.** 2 post sollicitudinem *om.* sed totam vacationem R, *sed in margine add.* R<sup>2</sup> ||

*post tristatur om.* et irascitur A, *sed supra versum add.* A<sup>2</sup> || **67.** 1 Eorum Horum A || **68.** 1/2 necessario — ardentem : *Luc. 12, 35.* || **69.** 2 operationem] operationes A.

